

# CANONES CONCILII PROVIN CIALIS COLONIENSIS

ANNO CELEBRATI

M. D. XXXVI.

*Texeda.*

*Quibus nuperrimè hæc addita sunt:*

FORMULA ad quam visitatio intra Diocesim Colonensem exigitur.

REFORMATIO Cleri ad correctionem vitæ & morum,  
ac ad remouendos abusus.

STATUTA Synodalia referendiis. in CHRISTO patris  
D. Valentini, Episcopi Hildesemensis.

FORMULA viuendi Canonicorum, Vicariorum, & aliorum presbyterorum secularium.

*Texeda*



~~XXX E 2~~



LUGDVNI,

APVD ANTONIVM VINCENTIVM.

ANNO M. D. XLIII.

**H E R M A N N V S**  
DE I G R A T I A S A N C T A E C O-  
loniensis ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Romani Imperij per  
Italianam Archicancellarius, princeps Elector, Vvestualix &  
Angariæ dux, sacrosanctæ Apostolicæ sedis Legatus natus,  
ac administrator ecclesiæ Paderbornen. &c. vniuerso clero  
ac populo prouinciæ nostræ Coloniensis, salutem in domi-  
no sempernam.



*N T E R innumerab huius calami-  
tosæ tempestatis aduersa, quibus  
iusto Dei iudicio premisit, nihil  
ita ex eo potissimum tempore, quo  
nos Deus Opt. Max. licet indignos, ad min-  
isterij episcopalis functionem uocare dignatus  
est, animum nostrum torsit, quam quod uide-  
mus ecclesiæ nauiculā, uelut indormiente ipso  
nauclero Christo Iesu, in medijs constitutam  
fluctibus turbulentissimarum procellarum im-  
petu, iam nimium diu summo cum rei Christia-  
næ periculo iactari, nec interim in tanta rerum  
desperatione laborantibus, ullum alicunde sa-  
lutis portum in quem se tutò recipiat, Christi  
nauis, uel de longinquo adfulgere. Nam quòd  
aliquot abhinc annis pleraq; remedia tentata  
sunt, id nos discruciat magis, quoniam animaduer-  
timus hactenus penè nihil actum, sed omnino  
fru-*

frustrà laboratū esse. Et quis, quæso, tam stu-  
pidus est, qui non sc̄ntiat omnem conatum no-  
strum idcirco irritum atq; inanem fuisse? quòd  
hucusq; nec sincera in Deum fide, nec unani-  
mi uoto indormiscentem dominum ardentibus  
precibus inclamauerimus, sed incredulitate  
torpētes, ac corruptissimis animorum affecti-  
bus, studia in contraria currentes, non respexe-  
rimus toto corde in eum, qui dixit: Venite ad  
me omnes qui laboratis & onerati es̄tis, &  
ego reficiam uos. Neq; enim ille uel immemor  
est promissi, uel manus eius abbreviata, ut sal-  
uare non possit, qui non derelinquit omnes spe-  
rantes in se, sed iniquitates nostræ diuiserunt  
inter nos & illum: atq; utinam iam tandem re-  
sipiscentes, studeamus, repurgatis per Dei mi-  
sericordiam mentibus nostris, uel tāillam fi-  
dem à domino impetrare, quantula Apostoli  
prædicti erāt, quum in mari intumescenti com-  
prehensi, dominum pariter accesserunt, atque  
in cervicali reclinante suscitarūt, inclamātes:  
Domine, salua nos, perimus. Quæ ut tum non  
satis integra fuerit, quòd uicissim audirent:  
Quid timidi es̄tis modicæ fidei? tanta tamen

fuisse perhibetur, ut Iesus ille seruator excita  
tus ac surgēs, imperaret uentis & mari, adeò  
ut statim subsecuta sit tranquillitas magna.  
Quā inferior ergo illa, licet modica, unanimi  
tamen discipulorū fide, nostra erga Deū fidu  
cia hactenus fuerit, quām indignos gratia Dei  
præ Apostolis, quanquam adhuc rudibus, nos  
hucusq; præstiterimus, res ipsa actionūq; no  
strarū euentus satis superq; declarant. Quid  
enim tot comitijs, tot cōuentibus, tot deniq; cū  
priuatis tū publicis cōsultationibus super com  
ponēdis hisce fluētibus, nō semel habitis, aliud  
effectū est, quām quōd tēpestas facta est cōci  
tatione? Tandē ad uniuersale Conciliū, uti ad  
ultimū asylum respeximus omnes, quod in pri  
mis inuictissimus perinde ac piētissimus eccl  
esiæ pugil, Carolus, eius nominis quintus, Ro  
manorū Imperator, semper augustus, authori  
tate apostolica indici, magna cum instantia  
postulauit, beatissimus subinde Pōtifex pien  
tissimæ postulationi assentiēs, futurū promisit,  
totus deniq; orbis ingēti cum desiderio hacte  
nus expectauit. Sed ut nō leuis momēti res est,  
generalē ecclesiæ Synodū conuenire, ita per  
mul

multa sunt, quæ omnis dissidij, parēte diabolo  
procurāte, subinde suboriantur impedimenta,  
quibus etsi nō omnino spes indicēdi cogendiq;  
Conciliū adimatur, tamen res omniū maxime  
necessaria, in longū saltē protrahitur. Nos igit  
in rationē officij episcopalis nobis cōcredit, i  
solicitè animo uersantes, quanquam maluisse  
mus rebus labētibus, publico atq; adeò totius  
orbis Christiani auxilio succurri, quām priua  
tim in prouincia nostra de necessario remedio  
dispicere: In tam lōga tamen expectatione, di  
latione q; speratæ opis, nullā excusationē inue  
nimus, diutius in officio nostro cessandi, maxi  
mè quod hæresum ac schismatū pestilentissi  
mis exitialibusq; flatibus prouinciā nostrā un  
decunq; idq; agminatim imperātibus, scelerū  
quoq; ac morū longè corruptissimorū lue ac  
fluētibus, magis ac magis inundatibus, omnem  
dehinc morā extremi plenā periculi iudice  
mus. Proinde & diuina uoce cōmoniti, & sa  
crorū Canonum iussu cobortati, prouinciale  
Conciliū in ciuitate nostra Colonia Agrippi  
na, Deo authore, celebrandum indiximus. In  
quo quū nobiscū reuerendorū Suffragancorū

noſtrorū, Leodię. Episcopi ac Monasterieň.  
et Oſnaburgen. cōfirmati, administratorisq;  
Mindensis ecclesiariū legati (Traiecten. in-  
terim Episcopi procuratoribus, quo minus ad  
nos ſe recipere t, inter eundū per obuios mili-  
tes, quemadmodū ipſorum literæ excusatoriæ  
continebāt, prohibitis) ſimul et cū uenerabili  
clero noſtro, in Dei nomine conuenerint, ip-  
ſiusq; Dei ac ecclesiæ cauſam (quantum iſ, à  
quo omne datū optimū ac omne donū perfectū  
descēdit, pater luminū cōceſſit) diligēter per-  
tractarint. Tandē diuīſis omnibus, quæ re-  
purgāda uidebātur, reformationē quam omni  
ope molimur et ex animo optamus, in Cano-  
nes quos dā diuinæ legi ac patrū ſanctionibus  
cōſentaneos cōtraximus, quos uifitatiōc diæce-  
ſeos noſtræ effectui mācipare (quoad eius fieri  
potest) deo adiutore adnitemur, ut habeat pro  
uincia noſtra, donec generale illud indicatur  
Cōciliū, aliquātulā ſaltē opē, quafe aduersus  
ingruētes ac inūdātes diſſidiorū fluctus ac ſce-  
lerū lucem, ſeruet ac tutetur. Omnia tamē, quæ  
hoc libello cōtinentur, iudicio SS. Apōſtolicæ  
ſedis, quam meritō ueneramur, ſubmittentes.

# INDEX TITVLORVM

PRINCIPALIVM AC CAPITVLO-  
rum Concilij prouincialis Coloniensis quæ  
sub illis ad Christianæ pietatis augmentum  
comprehenduntur.

Folio 1.

## DE MVNERE EPISCOPALI.

Officium Episcopi post verbi prædicationem, con-  
sistit potissimum in impositione manuum,  
& visitatione Ecclesiærum.

D	E impositione manuū quæ est ordinū ecclæ suaſticorū collatio, ac institutio ministrorum. Caput 1.	Electiōnem synceram esse o- portere. , In confirmatione electiōnis, quæ expendenda. 10 Per patronos idoneos præ- sentari oportere. 11 Quid incumbat Archidiaco- nis. 12
A	Ad certum titulū ecclesiæ mi- nistros canonicè deligendos ordinandosq;. 2	Aliquot abusus Officialium inter visitandū corigédi. 13
M	Manum nemini citò impo- nendam. 3	Omnes qui de beneficijs di- sponunt, sui officij admo- nendi. 14
H	Humani adfæctus & vñali- tas in beneficijs ecclesiasti- cis, execrabilis. 4	Moderatio patronos laicos respiciens. 15
B	Beneficia ecclesiastica, priu- quam vacét, nemini promit tenda. 5	De officio Vicariorū in pon- ticalibus. 16
D	Dignis tantum beneficia esse conferenda. 6	Quid episcopis potissimum curandum sit. 17
I	Idoneos tantum in prælatos eligenodos esse. 7	De extate ordinandorū. 18
In	In eligendo, etas, mores, lite- ratura, & facer ordo spe- ctanda. 8	Testimoniū vitæ ac doctrinæ per initiandos sacris, exhib- endum. 19

INDEX CAPITVM

De eruditione ordinandorū inquirendum.	20	dotes.	35
Vidēdum quo affectu ad ordines accedatur.	21	De visitatione vlt. loco dicendum.	36
Quāto temporis spatio, ante maiorū ordinū receptionē, initiandi se præsentare debeant. Itē, & quid initiandi tum secum allaturi sint.	22	Folio xv.	
Quale testimonium adferendum.	23	E officio priuato ac publico, vitaq; ac moribus Clericorum generatim.	Caput 1.
Die Mercurij proxima ante susceptionē ordinū, examinādi qui initietur sacris.	24	Vnde clerici appellatio deriuata.	2
Neminē ab examinatione im munem esse oportere.	25	Clericū suo officio intentum esse oportere.	3
Cuius admonendi sint pridie ordinationis die, initiandi sacris.	26	Duplex clericorum ministerium.	4
In minoribus ordinib; con ferendis, quæ cura adhibenda.	27	Biblia à Clericorū manibus nunquam deponenda.	5
Ab initiandis nihil exigendum.	28	De horarijs precibus in dies perlegēdis, & reformatiōis breuiarijs.	6
Literæ dimissoriæ nulli temere concedendæ.	29	Pro cuiuslibet affectu, non facile nouandū quid in ecclesiastico officio agitur.	7
Tituli ordinandorū diligenter discutiendi.	30	Quo affectu horarias preces persoluere oporteat.	8
Peregrini clerici quomodo admittendi.	31	Summa deuotione Missæ sacram celebrari oportere.	9
Odiosa beneficiorū pluralitas in vna eadēq; persona.	32	Arguuntur, qui polluta mēte altare Domini accedūt.	10
Disp̄sationes inspiciēdæ, vt occurratur abusibus.	33	Reuidēda Missalia ac Breuaria.	11
In resignationibus ac permutationibus beneficiorū quæ cura adhibenda.	34	Quæ omitti aut decurtari, vel organorū vel cantorū concentu haud debeant.	12
Præstat paucos esse bonos, quām multos inutiles sacer-		Quemadmodū Missa leg.	13
		Quid post eleuationem Eucharistia agendum.	14
		Organorum melodia quemadmodum temperanda.	15
		Singulis dominicis diebus,	
		quæ-	

C O N C Y L I I P R O V I N C I A L E M.

quæ ipsiis peculiaria sunt of-  
ficia, dicenda. 16  
Confessio, Missæ p̄eambu-  
lum, deuotè recitanda. 17  
Cur sacerdos in altari mini-  
strum habeat. 18  
Omnis cultus diuinus sum-  
macum veneratione pera-  
gendus. 19  
De vita ac moribus clericō-  
rum. 20  
Ob quam causam clerici ma-  
le audiant ac puniantur. 21  
Præcipue causæ omnis mali  
tres. 22  
Ambitionem ac fastū clericā-  
li officio maxime repugna-  
re. 23  
Omnis luxus clericō interdi-  
ctus. 24  
Clerico nō licere vel caupo-  
nem agere, vel tabernas, nisi  
necessitatis causa intrare. 25  
Habitus, seu exterioris corpo-  
ris cultus modestia, à cleri-  
cis exigitur. 26  
Mali exempli est, sacerdotem  
se venditare in Capellanum  
delicato laico aut muliercu-  
læ. 27  
Suspecta mulierum cohabita-  
tio Clericis interdicta. 28  
Auaritia in clero execrabi-  
lis. 29  
Honesto artificiole viatum  
querere Clerico licet. 30  
Clerici ne mercatores sint,  
multo min⁹ fœneratores. 31  
Dānatur clerici superstitionis,

scurrae, curiosi ac leuiculi. 32  
Folio xxvii.  
**D**E metropolitanis, ca-  
thedralibus & colle-  
giatis ecclesijs, & in  
his ministrantibus. Cap. 1  
De officio Decauorum. 2  
De officijs in eiuscmodi ec-  
clesijs ministrantium. 3  
De canonicorum vita & offi-  
cio. 4  
Quemadmodum preces ho-  
rariz aliaque diuinæ laudes  
decantandæ. 5  
Inter sacra nihil ne cogitan-  
dum quidē, quod dei aut ec-  
clesiæ oculos offendat. 6  
Decani templi summi pote-  
stas in præuaricatores. 7  
Quem oporteat esse vestitum  
ministrantium in hisce ec-  
clesijs. 8  
Decani vndiquaq; aduigila-  
bunt. 9  
Ante omnia vero, vt Canoni-  
ci sacræ adfint. 10  
Vicarij, vt diuinis laudibus  
decantandis intersint, adi-  
gendi. 11  
Ad personalem residentiam  
cogendi quibus hæc per fun-  
dationes beneficiorum est  
imposita. 12  
Lucritantū causa sacræ adfe-  
se non oportere. 13  
Capitula disciplinæ qualiter  
obseruanda. 14  
Officiū Decani in rebelles. 15  
Cotentiosi ad pacem & con-

## INDEX CAPITVM

- eordiam per decanū & Capitulum reuocandi. 16  
 Poena aduersus contentiosos pertinaces. 17  
**Q**uo tempore Capitulorum quotidianorum conuentus obseruandi. 18  
 Volumina statutorum reuidenda. 19  
 In Capitulis à iuramēto facili exactione tēperandū. 20  
 Inter visitandum de moderādis annis ( qui expectantiz appellantur ) videndum. 21  
 Nō oportere à Canonico recens admissio, pecuniam statutariam duplicatā ob antecessorem exigi. 22  
 Cōmuni necessitati ecclesiz, cōmuni contributione, consulendum. 23  
 Tribunalia extra tépla collocanda. 24  
 Optandum, vt deambulatio- nes in hisce ecclesijs prohiberi possint. 25  
 Theatrales ludos nō inferendos templis. 26  
 Cuiusdam abusus abrogatio. 27  
 Processionū Collegiarum ecclesiariū, quæ ad maiorem fiunt, moderatio. 28  
 De processionibus non abrogatis 29  
 Quomodo ad anniuersaria episcoporū in maiori ecclesia conueniendum sit. 30  
 Minora ministeria idoneis
- committendā ac decenter peragenda. 31  
**F**olio xxxix.  
**D**E parochis ac eorum Vicarijs, alijsq; verbi ministris Cap. 1.  
 Qui admittendi. 2  
 Orandus Deus, vt mittat operarios in messim suam. 3  
 Vnde dinoscere oporteat pseudoecclasiastas. 4  
 Soli authoritate ordinaria comprobati, ad verbi ministerium admittendi. 5  
 Qui sunt legitimi parochi, & illorū vicarij, modo tamen hi examinati prius, & admisisint. 6  
 Fratres mendicantes quatenus admittendi. 7  
 Quam modestiā fratres mendicantes in verbi prædicatione seruare oporteat. 8  
 Non ferendi, qui in iurisdictiones & potestates temerè ad plebem inuehuntur. 9  
 Abusus est, qui parocho suo officio interdicit. 10  
 Fratres mendicantes his synodalibus constitutionibus erunt parentes. 11  
 Decet quoq; vt fratres eatenus ordinariæ potestati subiiciantur. 12  
 De semel certo loco destinatis ac admissis non temerè retrahendis. 13  
 Qui nulla legitima autoritate innixi, se verbi ministerio

C O N C I L I I P R O V I N C I A L E M.

- |   |  |
|---|--|
| rio ingerunt, ut si seditiosi cō<br>primendi. 14  | charitatem exigenda. 5   |
| Prohibentur omnes aposto-<br>tae monachi ignoti ac pere-<br>grini spermologi. 15                                      | Summa euangelicæ prædica-<br>tionis. 6                                   |
| De Terminarijs quatenus ad<br>mittendi. 16  | Parocho cautissima solici-<br>tudine in prædicatione verbi<br>vtendum. 7 |
| Priuilegijs fratrum nihil de-<br>rogatur. 17  | Quemadmodum sermo tem-<br>perandus. 8                                    |
| Monachorum ecclesiæ per se<br>culares (vt vocant) presby-<br>teros gubernandæ. 18                                     | Quid cauendum inter cōcio-<br>nandum. 9                                  |
| Folio. XLV.   | Nihil aut fabulosum, aut su-<br>spectum adferendum. 10                   |
| <b>D</b> E vita ac moribus pa-<br>rochorum. Cap. 1<br>Vita vt doctrinæ in pa-<br>rocho conueniat, necessa-<br>rium. 2 | Loquacitas vitanda. 11   |
| Pastorem gregis exemplum<br>esse oportere. 3  | Quemadmodum parochum<br>aduersus hæreticos pugna-<br>re oporteat. 12     |
| Vitanda parocho in primis<br>auaritia. 4  | A scōmatis & conuitijs absti-<br>nendum. 13                              |
| Parochi familiam irreprehen-<br>sibilem esse debere. 5  | In contentiosis dogmatibus,<br>quomodo docendus popu-<br>lus sapere. 14  |
| Parocho luxus omnino caue-<br>dus. 6  | Qualem oportet esse paro-<br>chum in reprehēdis cri-<br>minibus. 15      |
| Pudicitia seruāda parocho. 7  | Manifesta reprehēsio vtriusq;<br>potestatis vitanda. 16                  |
| Quæ fugienda & quæ sestan-<br>da parocho. 8   | Quomodo corripiendi ma-<br>gistratus. 17                                 |
| Folio XLIX.   | Admonendus populus, vt o-<br>ret pro magistratibus. 18                   |
| <b>D</b> E dissemination ver-<br>bi. Cap. 1<br>Quid parocho medi-<br>tandum. 2  | Notantut qui secus docēt. 19   |
| Fidelitas in primis in paro-<br>cho requiritur. 3   | Summa doctrinæ Christianæ<br>in Enchiridio cōtrahēda. 20                 |
| Quis sit fidelis verbi dispen-<br>sator. 4  | Enchiridion quæ docebit. 21  |
| Omnis scriptura ad geminā   | Ordo concionādi, quem sim-<br>pliciores sequentur. 22                    |
|   | Sanctorum historiæ quate-<br>nus attingenda. 23                          |
|   | Allegoriæ quomodo expli-<br>cande.                                       |

INDEX CAPITVM

- candæ. 24  
**Quomodo finiēda concio.** 25  
**Quid recitandum finita con-**  
**cione.** 26  
**Quomodo ,finita concione,**  
**populus excitādus ad oran-**  
**dum pro defunctis.** 27  
 Folio lix.  
**D**e administratione sa-  
 cramentorū. Cap. i  
 Instruendus populus,  
 quid agatur in cuiuslibet sa-  
 cramenti exhibitione 2  
**Quid agatur in baptismo.** 3  
**Cuius sint admonendi susce-**  
**ptores infantis.** 4  
 Populus docēdus, quid velint  
 externa signa. 5  
**Quomodo accedendū ad ba-**  
**ptismum.** 6  
**Baptismus in facie ecclesie**  
 peragendus. 7  
 In confirmationis exhibiti-  
 one quid docendum. 8  
**Quomodo ad sacramentum**  
**cofirmationis accedendū.** 9  
**Cuius sint admonendi susce-**  
**ptores confirmati.** 10  
 De moderādis donarijs, quæ  
 susceptores infantibus do-  
 nant. 11  
 Docendus populus de signis  
 externis. 12  
 De sacrosancta Eucharistia.  
 13  
**Quid docendus populus in**  
 huius sacramenti ministra-  
 tione. 14  
 Quibus persuasum est ut tran-
- que speciem laicum partici-  
 pare oportere, quomodo do-  
 cendi. 15  
 De veneratione sacrosanctæ  
 Eucharistie. 16  
**Quomodo tantum miraculū**  
 in hoc sacramento fiat, po-  
 pulus docendus. 17  
**Quomodo admonēda plebs**  
 ad sumēdam Eucharistiam  
 accedens. 18  
 Qui ad hoc sacramentū par-  
 ticipandum admittendi. 19  
**Quatenus alteri quām suo pa-**  
 rocho confessus, ad Eucha-  
 ristiam admittendus. 20  
 Intra annum saltē semel com-  
 municandum. 21  
**Quorum admoneri populus**  
 hoc sacramentum participa-  
 turus maximè debeat. 22  
 Docendus quoq; cur hoc sa-  
 cramentum sub specie panis  
 & vini institutum sit. 23  
**Quomodo singulis dominici**  
 diebus plebs ad audiendam  
 Missam se præparabit.  
 24  
 Docēdus populus generatim  
 quid agatur in Missa. 25  
 Corripiendus abusus eorum,  
 qui ante finitam Missam ir-  
 reuerenter discedunt. 26  
 Docēdus populus, quale Mis-  
 sa sacrificium. 27  
 Exequiæ ac Missæ pro defun-  
 ctis, quando, & cum qua ad-  
 monitione celebrādæ. 28  
 Qui ad exequias euocādi. 29  
 Depœ

C O N C I L I I P R O V I N . C O L O N I E N .

De pœnitentiæ partibus.	30	prius.	43
Prima pœnitentiæ pars con- tritio, in suggesto semper pertractanda.	31	Cur adhibeatur extrema vn- ctio.	49
Neminem non ad pœnitentia- tiam inuitari.	32	Quomodo impendenda vu- ctio extrema.	50
Presbyter qui à confessioni- bus est, qualis esse debeat.	33	A sepultura nemo in commu- niōe discedēs, repellēdus.	51
Quid cōfidentē docebit pres- byter confessarius.	34	Quam admonitionem in se- pulturis & exequijs fieri o- porteat.	52
Remedium pro ratione mor- bi adhibendum.	35	Folio lxxvii.	
Nimis anxij quomodo tran- quillandi.	36	D E viētu parochorum. Cap.	1
Moderatio in casibus reserua- tis.	37	Parochis viētus necc- sarius suppeditandus.	2
Publicæ pœnitentiæ usus in ecclesiam reuocandus.	38	Vicecuratos quos vocant, ex proutibus ecclesiæ con- gruam sustentationem rece- pturos.	3
Recitata confessione, quid agendū per parochum.	39	Qui ecclesiæ vñitas habent, vicarijs perpetuis portionē congruam assignare oport- tere.	4
In matrimonij sacramento quid agatur.	40	Vbi redditus non sufficerint quid agendum.	5
Quemadmodū monédi sunt, qui matrimonium contra- here affectant.	41	Denarius consuetus, sed du- plicatus, pendendus.	6
Matrimonium tria comple- ti.	42	Laudabilem consuetudinem Agrippinæ Coloniæ per hæc non abrogari.	7
Pium votum & in clandesti- nè cōtrahentes censura.	43	Folio lxxix.	
Coniunctio coniugum in fa- cie ecclesiæ peragenda.	44	D E constitutionibus ac consuetudinibus ec- clesiasticis. Cap.	1
Peregrinos & ignotos sine le- gitimo testimonio nō con- iungendos.	45	Ieiunia ab ecclesia indicta, re- uerenter obseruanda.	2
In gradibus cōsanguinitatis & affinitatis concilium ge- nerale obseruandum,	46	Irrisores ecclesiasticorum ie- juniorum refelluntur.	3
Ludicra tollenda.	47	Ecclesiæ constitutionem cha- ritati	
De sacro ordine dictum esse			

INDEX CAPITVM

- |   |    |   |    |
|---|----|---|----|
| ritati cedere.  | 4  | Immunitatem ecclesiasticam<br>in duobus potissimum sitam<br>esse.   | 20 |
| Quid in ieiunio potissimum<br>spectandum.   | 5  | Quemadmodum fraternita-<br>tes reformandæ sint.   | 21 |
| Redarguuntur qui quadrage-<br>simæ obseruationem con-<br>temnunt.   | 6  | Folio LXXXIX.   |    |
| Letaniæ & rogationes cur in<br>stitutæ: & quomodo popu-<br>lus admonendus sit.                                  | 7  | <b>D</b> E vita ac conuersatio-<br>ne monastica. Cap. I   |    |
| Processiones intra septa ecclæ-<br>siarum peragendæ.  | 8  | Neminem monachis-<br>mi professione temerè alli-<br>gandum.   | 2  |
| Admonendus populus, cur fe-<br>riæ institutæ.   | 9  | Admonendi parentes, ne libe-<br>ros inuitos in monasterium<br>detrudant.                                      | 3  |
| Inferijs soli Deo vacandum.   | 10 | Quo affectu monastica vita<br>amplectenda.  | 4  |
| Dies dedicationis templi ex-<br>tra Coloniā, vno die vbiq;<br>celebrandus, & quomodo<br>sit admonendus populus. | 11 | In monasterijs habendus, qui<br>doceat legem domini.  | 5  |
| Cur templa & altaria conse-<br>crentur.   | 12 | Verbi prædicatorem in mo-<br>nasterijs esse oportere.   | 6  |
| Populus docendus, quid aga-<br>tur & significetur in conse-<br>cratione templorum & alta-<br>rium.              | 13 | Monachi bonę indolis ad A-<br>cademias mittendi.  | 7  |
| Cur benedicantur campanæ.   | 14 | Moniales non esse alligan-<br>das, vt nulli quam suo( vtvo<br>cant ) patri aut præposito<br>confiteantur.     | 8  |
| Docendus populus, vt signa-<br>tis potius quam signis inhæ-<br>reat.  | 15 | Mutatam esse paulatim faciē<br>monasteriorum, ac usurpa-<br>tum hospitij ius sūmul cum<br>accessu moderandum. | 9  |
| Quicquid in ceremonijs ad<br>abusum spectat, cautè ac di-<br>ligenter caendum.                                  | 16 | Visitatio monasteriorum ne-<br>cessaria.  | 10 |
| Cur reconcilietur templum<br>aut cœmeterium.  | 17 | Sumptuosī monialium præ-<br>positi abrogandi, & fruga-<br>les œconomici cōstituēdi.                           | 11 |
| Quæ pollutio reconciliatio-<br>nem requirat.  | 18 | In monasterijs monialium vi-<br>etum ac mensam communē<br>esse oportere.                                      | 12 |
| Quorum sumptu & expensis<br>reconciliatio facienda.   | 19 | De Præpositis solitariè com-<br>moranti   |    |

C O N C I L I I P R O V I N C I A L E M

morantibus. 13  
 Visitandæ domus fratrum  
 Teuthonicorum, diui Io-  
 annis Baptistæ, & Antonita-  
 rum. 14  
 Devita & cōuersatione mo-  
 nachorum. 15  
 Monachorum studia atq; ex-  
 ercitaciones quales esse o-  
 porteat. 16  
 Monachos vagos sub custo-  
 diam reuocandos. 17  
 Literas priuatas monacho,  
 aut monachæ, iniussu Abba-  
 tis resignare non licere. 18  
 Canonislarum seculariū mo-  
 res reformandi. 19

Folio xcv.

**D**E hospitalib-& orpha-  
 natophijs, alijsque  
 id genus pijs locis.  
 Cap. 1

In hospitalibus in primis ani-  
 mæ curandæ, deinde corpus.  
 2

In hospitalia qui recipiendi. 3  
 In hospitalia pauperes eius  
 loci, vbi constituta sunt, po-  
 tissimum recipiendos, maxi-  
 mè contagiosis morbis im-  
 plicitos. 4

Mendicantibus validis hospi-  
 talia clausa, & incenditatem  
 interdictari esse oportere. 5

Magistrorum hospitaliū pra-  
 ui adfectus damnantur. 6

Quād gravioriter peccent, qui  
 ex pauperū victu se ditant.  
 7

Folio xcviii.  
**D**E scholis, typogra-  
 phis, ac bibliopolis,  
 Cap. 1

Scholæ inter visitandum re-  
 purgandæ, ac instituendæ. 2

Apud singulas ecclesiæ habé-  
 dus vir eruditus, qui clericos  
 eius ecclesiæ instituat. 3

Qui huic viro victum suppe-  
 ditabunt. 4

Quemadmodum Academiæ  
 instaurari ac studia ali pos-  
 fint. 5

Pium votum ad studia suble-  
 uanda. 6

Decretalem Honorij tertij,  
 quoad eius fieri potest, reno-  
 uari æquum esse. 7

Quid curādū in Academijs. 8  
 Nihil imprimendū aut ven-  
 dendū, nisi reuismum prius. 9

Folio c. i.

**D**E iurisdictione ecclesia-  
 stica cōtētiosa. cap. 1  
 Excommunicationis  
 origo & præcipuus usus. 2

Quur passim in omnes in obe-  
 dientes excommunicationis  
 censura distringi cœperit. 3

Vsum excommunicationis in  
 publicè criminosos in lucē  
 reuocandum. 4

Quid cauendū in decernenda  
 excommunicationis césura. 5

Excommunicatos vitādos. 6

Non paſsim cōtra omnes de-  
 latos per Fiscales inquiren-  
 dum. 7

Mani

INDEX CAPITVM

Manifestè criminosi pro quæstu nequaquam ferendi.	8	De vita, moribus, & doctrina inquirendus	10
Clerici grauiissimorum criminum rei, secundum canonicas sanctiones puniendi.	9	De habitu, tonsura, ac reliquis externis videndum.	11
De testamentis insinuandis, approbadis ac exequēdis.	10	Num hæretis quæpiam serpat, diligenter inuestigādum.	12
Bona presbyteri ab intestato defuncti, in piam causam cōuertenda.	11	Num agantur alia, quæ cum Dei & ecclesiæ institutis pugnent, dispiciendum.	13
Portio quæ Archiepiscopo soluitur, minime grauis.	12	De puerorum institutione, & hospitalium cura quærendum.	14
Iuramentorū facilis exactio in iudicijs refrenanda.	13	Vitia quibus assueuerint Parochiani, acriter corrigenda ac resecanda.	15
Formula inquirendi hæreticos de linianda.	14	De officio parochi inquirendum.	16
Folio cv.		Synod <sup>p</sup> episcopalis anno bis habenda.	17
<b>D</b> E visitatione ac synodis Archiepiscopali bus, archidiaconalibusque.	Cap. 1	Quid agendū in synodo episcopalī.	18
Quo ordine visitatio instituenda.	2	De synodis Archidiaconalibus ac ruralibus.	19
Quæ vbiq; corrigerem oportet.	3	Officiales archidiaconorum, & decanos rurales, viros græves esse oportere.	20
In primis reformandos esse Decanos.	4	Synodi archidiaconales antiquitatem quandam præferunt.	21
Inquietos, & prælatis rebelleres, corripiendos.	5	Abusus in synodorum Archidiaconaliū ac ruralium observatione.	22
In monasterijs quomodo abusus percipiendus.	6	Inter visitandum abusus corrīgendi.	23
In visitatione Parochiarum quid agendum.	7	Procurationem suo officio recte fungentibus pendi, et quum esse.	24
Habenda coucio per Visitatores.	8		
Interrogādus Parochus, quo titulo ministerium gerat.	9		

FINIS.

# DE MVNERE EPISCOPALI

Officium Episcopi post Verbi prædicationem consistit potissimum in impositione manuum, & uisitatione Ecclesiarum.



PISCOPI Munus in duobus potissimum consistit. Primum, in impositione manuum, quæ est ordinum ecclesiasticorum collatio, ac institutio ministrorum. Deinde in visitaione dicæcæsos. Vtrunque beatissimus Apostolus ad Titum dilectum Titum 1. filium, Cretæ Episcopum scribens, complectitur: Huius, inquit, rei gratia, reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt, corrigas, & constitutas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Alterum verò idem Apostolus, cum à Mileto discessum maturaret, profecturus Hierosolymam, ac certus quod amplius haud visurus esset faciem eorum omnium, per quos transiuit, prædicans regnum d e i, vocatis illò ad se ab Epheso ecclesiæ presbyteris, apostolica vehementia inculcat, cum ait: Attendite Acto. 20 vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Et quoniam scio, inquit, quod intrabunt post discessiōnem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi: & ex vobisipsis exurgent viri loquentes peruersa, ut abducant discipulos post se: propterea vigilate. Cui muneri, ut ambo illa apostolici ordinis eximia luminaria, nimirum Petrus, ac il- Acto. 9 lius collega Paulus, satisfacerent, alter transiuit & inuisit Acto. 15 vniuersos, alter perambulauit Syriam & Ciliciam, confirmans ecclesias, præcipiens custodire præcepta Apostolorum & seniorum: nimirum non tantum verbo, sed & exemplo Episcopos commonentes, ut qui speculatores in Dei ecclesia constituti sunt ac appellantur, prouinciaz sibi mādatæ, vigilantif-

simè intendant, fidem, conuersationem, mores & vitam singulorum explorent, examinentq; ac prouideant, ne alicubi quis in ea vocatione, ad quam à Deo vocatus est, tortpescat.

**T** De impositione manuum, quæ est ordinum ecclesiasticorum collatio, ac institutio ministrorum. C A P . I.



M P O S I T I O manuum est ostium, per quod intrant qui ecclesiarii gubernaculis admouentur. Proinde quia eiuscemodi ostium diligenter custoditum nō est, factū est, vt tanta mala quæ sentimus, agminatim in ecclesiam Dei irruperint.

Huius ianuæ vigilantissimi custodes fuerunt Apostoli C H R I S T I , & quoquot ipsis successerunt, Apostolici episcopi. In primis verò diuinissimus Paulus, qui dilectissimis discipulis Timotheo ac Tito, eiuscemodi custodia formulam ex professō prescribit. Porro Apostoli, cum esset in locum Iudeæ proditoris diligendus duodecimus collega, statuerunt duos ex his viris (qui cum ipsis congregati fuerunt in omni tempore quo intravit & exiuit inter eos dominus I E S U S ) probatissimos, electionem alterutrius domino cōmittentes. Ad hæc, cum essent diligendi primi illi ecclesie diaconi, Apostoli conuocata discipulorum multitudine, dixerunt: Considerate fratres ex vobis viros boni testimonij, plenos spiritu sancto ac sapientia, quos constituamus super hoc opus, atq; illi (cum placuisse hic sermo) eorum omni multitudine elegerunt Stephanum, virum plenū fide & Spiritu sancto, ac reliquos sex, quos statuerunt ante conspectum Apostolorum, qui dein non temerè sed orantes, illis imposuerunt manus. Denique de Barnaba, per Apóstolos ad Antiochiam destinato, refert scriptura: Quoniani Apostoli miserunt Barnabam, quod esset vir bonus & plenus Spiritu sancto ac fide. Quibus exemplis edocemur, quanta cura ac dele&gu, manus impositionē fieri oporteat. Beatus Apostolus inter alia Timotheum sic alloquitur:

Año. 6  
Año. II  
**2. Timo.** Commenda, inquit, quæ audisti per me per multos testes fidei.  
**1. Timo.** fidibus, qui & idonei erunt alios docere. Et iterum: Manus nemini cito impolleris, neque communicaueris peccatis alienis. A qua regula cum longe lateque discessum sit, affectibus priuatis sibi omnia vendicantibus, morbus obortus est plurimus, atq; ita radicatus, ut vix spes medendi relicta sit. Neque

tamen

tamen in medijs & exulceratissimis morbis de remedio desperandum erit, sed tanto magis de pharmaco idoneo cogitandum prouidendumque.

**T**Ad certum titulum ecclesiæ ministros canonice deligendos ordinandosq;. CAP. II.

**Q**Voniam verò primitiæ ecclesiæ facies, quod ad institutum ministrorum attinet, paulatim immutata fuit: Lateranæ ab AE. mimirum, dotatis tēplis, sacerdotijsq; ac certis stipendiis ministrantibus constitutis: visum subinde sanctis Patribus non absq; multa ratione fuit, ne quisquam sine certo titulo (qui illi victum necessariū suppeditaret) ad maiores, quos & sacros ordines vocamus, ordinaretur. Adhibita etiam non leui seueritate in Episcopos, qui secus facere præsumpsissent. Quæ cum sic se habeant, reformationem ordiri hinc fuerit necesse. Vidēdum itaque in primis est, vt collationes ecclesiasticorum iacerdotiorum seu beneficiorum, vt electiones, præsentationes, & institutiones clericorum ac ministrorum, maximè eorum qui curæ præficiuntur animarum (qua scientia scientiarum meritò appellanda est) ritè ac canonicè fiant. Vtque maximi illi & tērri mi abusus & vitia (quæ in deligendis personis ecclesiasticis, non vulgari cum detimento ecclesiæ s̄epenumero committuntur) quoad fieri potest, tollantur. Quod tunc demum futurum est, cum repnisi ac submotis indignis, digni tantum ac idonei admittantur, qui & velint & possint officium (propter quod beneficium datur) gerere & explere. Scriptum est enim: Qui non laborat non manducet.

**T**Manum nemini citò imponendam. CAP. III.

**Q**Uamobrem omnibus, qui præficiendi ecclesiasticis munijis ministros potestatem habent, illa (quam paulò ante retulimus) Paulina admonitio semper ob oculos versabitur. Manus citò nemini imposueris [neque communicaueris peccatis alienis. Si enim ad honores mundi sine suffragio temporis, sine merito laboris indignum est peruenire, & notari ambitus solent, quos probitatis documenta non adiuuant, quam diligens, & quam prudens habēda est dispensatio diuinorum munierum & cœlestium dignitatum: Certe Ex cōcil. omnium excommunicatione percellebantur, qui ecclæ hanc beneficia contulissent indignis.] 1. Timo. 5. Leo. c. miramur. 61. dist.

**T**Humanus affectus & uenalitas in beneficijs ecclastisticis, execrables. C A P . I I I I .

Hieron. in  
Nume.

Phil.

Matth. 21

Ioan. 2.

Marc. 11

Luc. 19

**N**Vlla itaque consanguinitatis ratio, nulla propinquitatis contemplatio, facere debet hoc, ut populi gubernatio, alij, quam meliori tradatur. Cescent omnes affectus humani, qui sua, non quæ I E S V Christi sunt, querunt. Maximè verò sacerdotiorum ac beneficiorum uenalitas execranda est. Quod qui sic præficiunt, ac præficiuntur inter ementes & vendentes columbas, (quos Dominus flagello de funeribus facto è Templo eiecit, ac mensas numulariorum & cathedras vendentium columbas enertit) computetur. Si enim is dignus sacerdotio creditur, cui non actionis merita, sed præmiorum copia suffragatur, restat, ut nihil sibi in ecclastisticis honoribus grauitas, nihil sibi defendat industria, sed totum auri prophanus amor obtineat. Et cum fides simul & vita in sacerdotibus & ministris eligenda sit, quæ tandem vita, & quæ opera sacerdotis illius erunt, qui honores tanti sacramenti per premium conuincitur obtinere?

**T**Beneficia ecclastistica, priusquam uacent nemini promittenda. C A P . V .

Ex cōcil.

Later.

**C**Vm olim Conciliari institutione vetitum sit, ne vlla ecclastistica ministeria seu beneficia promittantur aliqui priusquam uacent. Tum ne quis mortem proximi, in cuius locum & beneficium se crediderit successorum, desiderare videatur. Tum quod turpe sit, diuinique plenum animaduersione iudicij, si locum in eccllesia Dei futuræ successionis expectatio habeat, quam ipse etiam seculares leges condemnare curarunt. Idque verò quum nunc passim præter omnem personarum delectum, designatis etiam ex nomine beneficijs, in quæ stipulatores successuri sunt, pessimo exemplo fiat, tollendus abusus est. Idque non aliter, quam secundum canoniam ordinacionem, ne quis solitus sit, non tam de officio, quam de beneficio uiuentis.

**T**Dignis tantum beneficijs esse conferenda. C A P . VI .

**Q**Ui sacerdotia ecclastistica pleno (ut aiunt) Iure, potestatem conferendi habent, alium factæ à se manuum impositionis discussorem non expectant. Præcipua ergo illis habenda cura est, idque maximè in præficiendis parolet, ne apostolici præcepti præuaricatores ac rei fiant.

Quis

**Q**uis enim non intelligit, quām graui culpa se obstringit is, Matth. 15 qui in causa est, ut cæcus cæco ducatum præstet, nimis am. Luc. 16 bobus in foueam delabētibus? Despiciunt (inquit Malachias Malach. 1 propheta) nomen domini, qui cæcum, qui claudum, qui languidum animal, ad immolandum offertint, & propterea grauiter à domino increpantur. **Q**uis verò cæcum animal of. Hieron. fert, nisi qui indoctum in docti locum ordinat, magistrumq; Malach. facit, qui vix discipulus esse poterat? Cladum verò, qui lucra terrena quaerentem, locat iu dignitate, veluti pedem in diuersa ponentem? Cui potest inferri illud: Vsquequo claudicatis in duas partes? Languidum denique, qui vitiosum pro religioso habet, quique tardum & pigrum probat patientem.

**T**Idoneos tantū in prælatos eligēdos esse. CAP. VII.

**S**Acris Canonibus saluberrimè constitutum est, vt omnes Ex cōcīt. Cathedrales ecclesiæ, collegia & conuentus ad dignitas vacantes, ex sua congregatione idoneos elegant prælatos. Atq; eos demum sacris administrationibus dignos esse existiment, quorum omnis ætas per disciplinas ecclesiasticas Ex conci. cucurritset. Iam vt primitiæ ecclesiæ censura mitigationem Basilien. recipiat discretionis, is saltem aliorū curæ præficiatur, cuius Hierony. comparatione, grex exterius meritò dicātur. **O**n modo enim Summa. fieri potest, vt non vilissimus reputetur, qui est honore præ- Lau- stantior, nisi quoque scientia & sanctitate præcellat? Atque nient. c. vi. virtutam hic pensitetur, & nautis & nauigio deferēdis eandem nismus. imminere periclitandi necessitatem.

**T**In eligendo, ætas, mores, literatura & sacerdo- ordo, spectanda. CAP. VIII.

**Q**Vapropter electores solicieti sint, vt talem præficiant qui officio credendo satisfacere possit, virum ætatis Ex cōcīt. legitimæ, moribus grauem, literarum scientia præditum, atque in sacris ordinibus constitutum, Scientes ipsis in re tam graui, vel dolo, vel negligenter agentibus, non minorem quam malis illis pastoribus ac prælatis (quos ipsi præfecerunt) in districto Dei iudicio immittere pœnam. Neque enim impunè peccatur in Spiritum sanctum, qui in omni electione vt author inuocatur. Neque inultum permittet Deus, si quis iureiurando, quod sub electionem præstatur, frustra nomen domini usurpauerit. Vt omittamus pœnas canonicas, quæ perperam eligentes manent.

**T**Elecciónem synceram esse oportere. CAP. IX.

**A**bit ergo omnis simoniæ prauitas, omnis personarum respectus. Cessent potentiorū preces, que minis æquiperantur, omnisiq; impressio:cesset ambitio, ac dominandi libido. Ad hæc, procul absint omnes illicite obligatio-

Hier. 8. q.  
1. c. licet.  
&c. Si er-  
go.

haud præter simoniæ labé extorquétur. Et procedat devultu Dei opus ipsius, vt scilicet, qui præstātor est omnibus, qui doctior, qui sanctior, q; in omni virtute eminētior, hic eligatur.

**T**In confirmatione electionis, quæ ex-pendenda. CAP. X.

**E**lectione facta, Nos & cæteri qui confirmationis munus impendemus, officio nostro, Deo volente non deerimus, discussuri scilicet diligenter & formam electio-nis, & electi merita, priusquam nostras imponamus manus.

**T**Per patronos, idoneos præsentari oportere. CAP. XI.

**P**Atronum tum ecclæsiastici, tum laici (quos hac de redili-genter admoneri curabimus) videbūt, vt idoneos (quæ admodum antè diximus) Archidiaconis præsentēt. Cō-pertum siquidem habemus, quām hīc supra modum peccatur. Sunt enim qui tantum filios ac consanguineos, seu aliter ipsi, addic̄tos, citra vllum deleūtum, aut discriminem scientiæ, morū, ac ætatis, beneficijs ecclæsiasticis adnouent. Sunt qui admo-tis, nomen tantum relinquunt, censum autem atque ecclæ-siasticos redditus, sibi ausu quodā sacrilego (nihil minus quām de ecclæsiastico ministerio cogitantes) usurpant. Quæ omnia

Alex. iii.  
c. ex fre-  
quētib;.  
de inſtitu-

rum sanctorū Patrum sanctionibus damnentur, multorumq; malorum in ecclesia Dei causa sint, posthac non committi, sed sublata penitus esse, suamque vim canonicis regulis con-stare ex animo cupimus.

**T**Quid incumbat Archidiaconis. CAP. XII.

**A**rchidiaconi nostri, ad quorum curam inter alia perti-net, vt nostro nomine parochias ordinēt, ac ministros ecclæsiæ ipsis præsentatos ac oblatos inquirant, Scient sui muneric; esse, negligentiam patronorum supplere. Cum enim oculi nostri sint, despiciēt, ne quis alioqui indignus, sub alicuius præsentationis prætextu irrepat ac admittatur. Nec contēti quòd post edita ter publicata, nusquam cōpareat, qui præsen-

C. j. et c. ad  
hac. de of.  
Archidia-

C. finali. de  
elect. in 6

præsentationē oppugnet: eorū etiam qui ipsis præsentātur, & ad instituendum offeruntur, vitā, mores, & eruditio[n]ē accura-tē peruestigabūt, ac nīl cōpertū illi fuerint muneri, cui præfici postulātur, pares, fore nefas putabūt stulte petētibus assen-tiri. Neq[ue] existimabūt id téporis, quod huic examini impeudent, perdi, cum uequaquam possit collocari melius, maxime quōd officium eorū, hoc ipsum vt fiat, magnopere requirat.

**T**Aliquot abusus officialium inter visitandum corrigendi. CAP. X111.

**E**t quoniam ad nos quorundā querela perlātū est, nōnullos officiales Archidiaconorū nostrorū inuestituræ no-nīne plus æquo interdūm petere, quosdā etiā institutio[n]ē ipsam petētibus, vel temerē negare, vel saltē in longū dif-ferre tépus, quamlibet legitima sit præsentatio[n], & idoneus is qui præsentatus est. Curæ itaq[ue] nobis erit, inter visitandū, de his diligēter inquirere, & quā vitiosa cōperientur, Archiepi-scopali autoritate, communicato tamē cūm Archidiaconis nostris (vt par est) cōsilio, quo ad eius fieri poterit, corrigere.

**T**Omnes qui de beneficijs disponunt, sui offi-cij admonendi. CAP. X1111.

**R**Esferre etiam non parum existimamus, omnes qui de sacerdotijs seu beneficijs ecclesiasticis quamecumque di-sponendi potestatē habent, speciatim ac diligenter ad-moneri, vt hīsc synodaticis canonibus, per omnia obtem-pe-rent, nisi in eo ipso iu quo deliquerint, puniri velint.

**T**Moderatio patronos laicos respiciens. CAP. XV.

**A**Tamen quod ad patronos laicos attinet, hanc censu-rā eatenus moderamur, vt si Archidiaconi nostri præ-sentatos ab eis, quōd inidonei sint, instituere recusent, liceat ipsis inutiliū loco, alios, iterum intra tépus legitimū præsentare, modò tamen dolus absit.

**T**De officio vicariorū in pōtiscalib[us]. CAP. XVI.

**P**Ostequam de illorum officio diximus, qui sacerdotijs seu beneficijs rectores admouēt ecclesiasticis ordinibus initiādos, restat vt de Vicarijs nostris in pōtiscalib[us] atq[ue] huic muneri (in partem solitudinis nostræ vocati) potissi-mū delegati sunt, paucis dicamus. Nobis quidē vti cæteris omnibus pōtiscalibus, in Aaronis persona loquutus est deus: H[oc] Leuit. 21. mo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes

deo suo, nec accedet ad ministerium eius. Si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo vel grandi vel torto naso, si fracto pede, si manus, si gibbus, si lippus, si albuginé habens in oculo, si iugé scabié in corpore, vel herniosus. Omnis enim qui habuerit maculā, non accedat offerre hostias domino, nec panes deo suo. Quid per allegoriam sermo diuinus significare voluerit, maximus ille cœlestium rerum peruestigator Paulus in epistolis, quas Timotheo ac Tito, ambobus nascentis ecclesiæ episcopis inscriptis, grauissimè explicauit. Quum enim mandasset, vt per ciuitates presbyteri constituerentur, statim subiecit,

**Ad Tit. 1.** quales substitui vellet & oporteret. Oportet (inquit) constitutendum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum: sed hospitalem, benignum, prudentem, sobrium, iustū, sanctum, continentem, amplectentem eum, qui secundum doctrinā est, fidem sermonem, vt potes sit exhortari doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere. **I. Timo. 3.** conos similiter pudicos, nō bilingues, non multo vino deditos, nō turpe lucrū seftates, habētes mysteriū fidei in cōsciētia pura. Et vt iterū nos officij nostri cōmonefaceret, subiecit: Et hi probētur primū, & sic ministrarent, nullum crimen habētes.

¶ Quid ipsis potissimum curandum sit. CAP. XVII.

**I**Ncumbit itaq; nobis, vt probemus primum eos qui ordinibus, maxime sacris, initiari desiderāt. Curā ergo erit Vicariis nostris in pontificalibus, manus impositionem auspicaturis, ne hic quid desit, néve ordines sacros aliter quam secundum regulam euāgelicam impartiantur. Ut adiutores in hoc examinationis munere habeāt, non repugnamus, modò prime sollicitudinis partes apud eos sint, nec que ipsi antea omnia agenda erant, in alios penitus relegendi, interim ipsi de omnibus incerti, per hæc tamē suffraganeis nostris nihil praediticātes, quo minus ipsi quemadmodum videbitur opportunitas de huiusmodi examine faciendo, dispiciant. Ut verò summatis multa complectamur, dispicient de ordinandorum etato vita scientia & affectu.

¶ De ætate ordinandorum. CAP. XVIII.

LIM Diaconus ante xxv. Presbyter verò ante xxx. xta tis annos, non ordinabantur. In Viennensi verò Concilio, sub Clemēte quinto, ordines sacri minori etiam

ætati

Ex cōcil.  
Arelaten.  
iiij.

ætati concessi sunt: nempe subdiaconatus, xvij. diaconatus, Ex Viennæ  
 xx. presbyteratus deniq; xxv. ætatis annum nato. Num ad antiquos canones regredi referat, futurum Cōcilium dispiciet. concil. cle.  
 Nos interim admonemus, Viennense Concilium, tum ex a- generalē  
 lijs canonibus, tum ex scipso interpretandum: si mirum vt de æta, &  
 ætas quidem illa sufficiat, modò tamen cætera quoque quæ ca qual.  
 nones plus, quam ætatem respiciunt, haud defint: nempe lite- Ex eodem  
 rarum scientia, & morum grauitas. concil. cle.  
 Ex eod. tit.  
 Ex Later.

**T**estimonium uitæ ac doctrinæ per initian-  
 dos sacris, exhibendum. CAP. xix.

**D**e doctrina, vita, ac moribus, Suffraganeus noster te-  
 stimonium præceptorum, qui ipsos in literis institue-  
 runt, docueruntq; eorum quoq; apud quos sacris ini-  
 tiandus potiorem vitæ partem transegit, ac diuersatus est, exi-  
 gere non omittet, ne manifestè criminosi irrepant. Idq; ad cer-  
 tam formulā, quam delineari curabimus. Dum enim priscam  
 ecclesiam respicimus, summo desiderio tangimur, priscos il-  
 los sanctissimos mores, non tantum verbis, sed & re ipsa in  
 ecclesiam, quod in nobis est, reducēdi. Illa certe vetuit, ne Epi- Ex iij. Cap.  
 scopus sine testimonio clericorum & plebis, clericos vlos in-  
 stituar. Hinc illæ interrogations solennes, præambulae, Sunt  
 iusti? sunt casti? atq; alia similes. Neque frustra scriptum legi- Hierony.  
 mus, quod dominus de constituendo Iosue principe in Leu.  
 pe præcepisset, eundemque elegisset, nihilo secius tamen con-  
 uocari synagogam voluisse.

**T**De eruditione ordinandorū inquirendū. CAP. xx.

**D**e eruditione quoq; & scientia disquiret, ne statim à sti-  
 tua ad ecclesiastica munia configatur. Per prophetam  
 dominus dixit, Quoniam tu sciētiā repulisti, & ego Osee 4.  
 repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Substantia siquidem  
 sacerdotij, sunt eloquia diuinitus tradita, vti Dionylius ille Dionysii.  
 magnus appositiē dixit. Que vero in parochis, quæ in cæteris  
 eruditio requirenda sit, post dicemus.

**T**Videndū quo affectu ad ordines accedatur. c. xxii.

**Q**uo denique affectu ac proposito accedant ordinan-  
 di, videndum, accurateque inuestigandum est: num  
 videlicet dei causa tantum, an potius suæ commodi-  
 tatis gratia ad ordines capessendos adspirent, querentes quæ  
 sua sunt, non quæ Iesu Christi. Quid enim est sua querere, &

**Phil. 2.** non quæ Christi sunt, nisi cum tales nō gratis deum diligūt,  
non deum propter deum querunt, temporalia commoda se-  
**Aug. 8.q.** quentes, lucris inhiantes, & honores ab hominibus experen-  
tia sunt in tēs? Quisquis ergo talis est, non dei filius, nec ouili Christi ido-  
neus pastor futurus, sed mercenarius est. **V**biq; deus hominis

**Matth. 6.** intentionem & mentem spectat, quam Christus in Euange-  
lio lucernam corporis atque oculum vocat. Qui si simplex fue-  
rit, totum corpus lucidum erit. Sin autē fuerit nequam, totum  
corpus tenebrosum erit. Quare si lumen (quod in initiando  
est) tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt?

**T**Quanto temporis spatio, ante maiorum ordi-  
num receptionem, initiandi se præsentare  
debeant. Item, & quid initiandi tum  
secum allaturi sint. **CAP. XXII.**

**V**T autem hic animus Vicarij nostris in pontificalibus  
eo exploratior sit (neque enim qualicunque assertioni  
statim tuto creditur) operæ pretium existimamus, vt  
qui ad sacros (quos vocamus maiores) ordines capessendos  
aspirant, quatuor temporibus, vt vocant, quæ tempus imper-  
titionis eiuscemodi ordinū proximè præcedunt, Vicarij no-  
stris in pontificalibus sese repræsentent, qui eos (quemadmo-  
dum diximus) rogabunt, quid eos huc permoueat, an expen-  
derint, quid in hac vocatione præstare oporteat, an huic vo-  
cationi se sentiant posse respondere: & an sperent se adiutore  
Deo continere posse ac velle. Item, an affectu carnis hue  
ducantur, vt videlicet in otio & suauiter viuant, opes ne &  
honores parent. Admoneantur quoq; vt bene scipios exploreret,  
excutiantque, ne quum ad capiendos ordines reuersi fuerint,  
spiritum sanctum fraudent.

**E**O ipso etiā tépore ordinādi, testimoniu[m] vitæ ac cōuersa-  
tionis secum afferet, vt Vicarij nostri in pontificalibus,  
cum ex responsione, tunc vita præcedente colligere pos-  
sint, an admittendi videantur. Et num referat diligentius de  
vitæ testimonio, ante appetēs ordinationis tépus inquirere.

**T**Quale testimoniu[m] afferendum. **CAP. XXIII.**

**Q**Vi ciuitatem aut oppidū senatus, qui vero pagum aut  
vicū incolit, iudicij eius loci literas sigillatas quæ gra-  
tis dabuntur, secum feret. Quæ ne cuiquam vel per  
inuidientiam, vel alium minus syncerum affectum denegetur,  
prohi

prohibemus: Alioqui adferens documentum factæ requisitionis & denegati testimonij, nec tamē incusatus criminis vel defectus, ac idoneus per Vicarios nostros in pontificalibus repertus, nihilo secius admittetur. Qui vero non in oppidis aut pagis, in quib. titulū naūti ac administraturi sunt, sed in lōgina quā regione morā traxerūt, hi canonicis satisfaciāt institutis.

**T** Die Mercurij proxima ante susceptionē ordinū, examinandi, qui initientur sacrīs. CAP. XXIII.

**E**t ut hæc omnia eo accuratius obseruentur, visum nobis est, vt ordinandi maxime ad fæcerdotij gradum (quod die sabbatino ex more ecclesiastico fieri solet) die Mercurij proximè præcedente, ad nostras ciuitates, vbi Vicarij nostri in pontificalibus ordines ipsos sacros impartient, sese conferant, quo duobus dehinc sequentibus diebus, videlicet Iouis & Veneris, quos eiuscmodi disquisitioni peragendæ deputamus, Vicarijs nostris, ipsisque nostra authoritate in eo munere adiungendis Theologis, se repræsentent, examinationique eorum submittant.

**T**Neminem ab examinatione immunem esse oportere. CAP. XXV.

**A**Qua quidem neminem excipimus, et si magisterij titulum prætexat, nisi quem publicū sit & vitam integrā legiſlē, & ea quæ ordo impertiendus requirit, facile calere. Quamobrem nedum Clerici (qui ſeculareſ appellantur) ſed & religioſi cuiuslibet etiam professionis fuerint, hanc censuram experientur.

**T**Cuius admonendi ſunt pridie ordinationis, initiandi ſacrīs. CAP. XXVI.

**P**Ridie ordinationis admonebit Vicarius noster in pontificalibus omnes iterum, quo ſe quisque diſcutiat, ne officio ſe alliget, cui non poſſit ſatisfacere: Néve mentiatur ſpiritui sancto, aut impoenitenti corde accurrat, ſed ore confeſſus, ac ſpiritu contritus, humiliatusque, poſt perceptam ſacrosanctam Eucharistiam, Deo totus deditus accedat.

**T**In minoribus ordinibus conferendis, quæ cura adhibenda. CAP. XXVII.

**Q**Vanquam quī minores vocātur ordines, tam exactam curam non requirant, ſuo tamen modo, pro gradu & excellentia ordinis, omnium eorum quæ diximus, ratio

tio habenda est. Quid enim indecorum magis, quam admove ri infantes, qui non intelligent quid agatur, immo ne cipient quidem, quid Clerici nomen, & reliqua minorum ordinum vocabula significet. Quid turpius, quam quod penitus Analphabeti, ac interdum flagitiosi (qui ut legum ciuilium censuras ac poenas eludent, sese impudentissime ingerunt) in maximam ecclesiastici ordinis ignominiam, sacris initiantur? Quia de re nemmo posthac ordinibus hisce insigniendus est, nisi quem & vita commendet, & literatur, etatisq; sit pro ratione suscipiens ordinis, sufficietas, ac rectae sinceritasq; voluntatis. Qui enim in clerum alleguntur, rem profitentur minime ridicula, nempe se pecuniariter in fortis domini ascitos, quibus posthac omnia terrena sordeant, ac solus dominus sors ac pars hereditatis futurus sit. Cuius quoque (priusquam ordinentur) diligenter admoneri debent.

**T**Ab initiandis nihil exigendum. C A P . XXVIII.

**V**T autem ecclesiastici ordines, summa sinceritate, omni questus suspicione, omnisque mali specie quam longissime submota, considerantur: nolumus ut ab iniciatis quicquam, vel sigilli nomine, a vicariis nostris in pontificalibus exigatur, sed tantum scribis earum literarum (quae formata appellantur) unus albus soluatur. Nam eos sumptus, quos antehac vicarius noster in dicēensi Coloniensi choralium causa facere consuevit, nos deinceps pendemus. Non dubitamus interim, Suffraganeos nostros suis vicariis in pontificalibus ita prouisuros, ne quis iustum querendi causam inueniat.

**T**Literae dimissoriae nulli temere concedendae. C A P . XIX.

**P**Rohibemus quoque, ne Officiales nostri literas dimissorias, quae vulgo licentiatoria ordinandi vocantur, aliqui temere cocedant. Illorum enim praetextu, qui sux redditatis & inscitiae sibi concipiunt, nostrorum Vicariorum in pontificalibus disquisitione subterfugiunt, ac aliud demigrat, vbi nullus canonice traditionis respectus habetur.

**T**Tituli ordinandorum diligenter discutiendi. C A P . XXX.

**T**Ituli quoque ordinandorum discutiantur. Plerique enim inuenti sunt, qui fictis, & emendatis titulis ad sacerdij dignitatem evecti, eandem turpiter prostituere postea coacti sunt, vendibiles, quando cunque dolosi spes refulerit

num

nummi. Quorum numerum (quod nihil ferè aliud quām numerus fuit) immixui plurimum referret. Inter hos siquidem est; qui in plateis mēditat infelix clericus, & seruili operi mancipatus, publicā depositit elemosynam: qui eo magis à cunctis despicitur, quod miser ac desolatus iustè putatur ad hanc ignominiam deuenisse. Inter hos est, qui in diuitium ac nobilium domibus scurrā aut mimum, aut morionem agit, quem ab officio trahendum, Carthaginense Concilium decernit.

Hieron. ad  
Rust. c. dia  
co. 93. dis.

**P**eregrini Clerici quomodo admittēdi. C. XXXI.

**P**eregrini Clerici Romæ aut alibi ordinati, priusquam Ex Ag-  
de ordinatione sua rite adepta, deq; vita, moribus, eru- tens. c. 25. mihi  
ditione ac titulo fidem fecerint, ac commēdatitias suorū  
Episcoporum, suæq; ordinationis literas exhibuerint, repel- de cle. pe-  
lantur. Quanta enim per hos (qui euagandi licentia abutun- titulo.  
tur) scandala, animarumque pericula, & in clero & in populo 61. 62. 63.  
frequenter eueniant, nemo est qui non videat. distin.

**T**Odiosa beneficiorum pluralitas in una  
eademq; persona. C. CAP. XXXII.

**O**diosa semper apud veteres fuit plurium sacerdotio. Ex Chal.  
rum ambitiosa cupiditas, neq; semel generalibus Con-  
cilijs damnata. In Chalcedonensi enim inter alia cau-  
tum est, clericum in duabus ecclesijs conscribi non oportere,  
quod difficile videatur, vt unus vicem duorum sustineat: & ab-  
surdum, si promiscuis actibus rerum turbet officia. Id verò Ex Tol.  
in primis noxiū est, vbi plures parochiae seu dignitates, vni c. vni. 10.  
presbytero committuntur, quod solus per omnes ecclesiās, q. 3  
nec officium persoluere, nec rebus earum necessariam curam  
impendere valeat. Quare tam eos qui de sacerdotijs eiuscemo-  
di disponendi potestatem habent, quām qui ea cœcta cupidita-  
te ducti ambiunt, commonitos volumus, vt suos affectus ca-  
nonicis institutis submittant. Qui vero dispensatione apo-  
stolica aduersus hac se tueri velint, hi viderint, vt causam di-  
spensationis obtentæ, deo comprobent. Neq; enim sublimes Ex cōcil.  
atque admodum literatas personas suo priuilegio nudamus: gene. c. de  
modò illo recte & secundum Deum vtantur. multa. de  
præbē. & dig.

**T**Dispensationes inspiciendæ ut occurratur  
abusibus. C. CAP. XXXIII.

**Q**VAM impudenter pleriq; diplomatis ac dispensatio-  
nibus apud sedem apostolicam extortis, præter summi  
ponti

*No 61*  
 pontificis mentem (qui & vult & debet potestate sibi concessa non ad destructionem, sed ad ædificationem vitæ) abutantur,

Bern. ad Eug.  
I. Corin.  
Ber. ad Ru  
pert. cog.

nullus est qui ignoret. Non prohibeo (inquit quidam vir pius) dispensare, sed dissipare. Dispensatio quidem credita est, sed hic iam queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur. Quanquam apud illos maxima culpæ pars residueat, qui vel nulla vel minus legitima vel etiam ficta causa, supplicatorijs precibus inserta, dispensationis tectorum tandem eliciunt, quos apud Deum (qui renes & corda scrutatur, omnemque hypocrisim ac fraudem execratur) securos quis dixerit? Nemo tibi (ait idem ille quem iam citauimus) de dispensatione apostolica blandiatur, cuius conscientiam diuina sententia tener alligatam. Sed quia pauci sunt, in quorum conspectu est Deus, plerique vero, qui sacra authoritate pro sua libidine passim abutuntur: fit, ut Lugdunensis Concilij sub Gregorio decimo celebrati, non insalubre derretum aduersus inde officiorum solentiam eiusmodi hominum in usum reuocare cogamur.

Exconcil. Lugdu. c. di. lib. 6.  
 •

Quo subnixi, cunctis qui talibus diplomatis sibi blandiuntur necessitatem imponemus, literas suas nobis exhibedi, visuris, num ritè impetraverint, ac recte imperatis utrantur. Et ut quām maxime robustæ sint dispensationes istæ, curabimus tamē, ut menti canonis, ac summi pontificis satisfiat: videlicet, ne animarum cura in his ecclesijs, personatibus, seu dignitatibus (quas sub hoc pretextu occupant) negligatur, nec beneficia ipsa debit is obsequijs defraudentur.

**T**In resignationibus ac permutationibus beneficiorum quæ cura adhibenda. C A P. XXXIIII.

**P**Ostremo, quum nobis haud claram sit, in resignationibus permutationibusque beneficiorum, multa anicipitia per iuria committi ab his qui frequenter subito ac non præmeditati, aut ipsi, aut per suos procuratores (id quod eiusdem reatus ac culpæ est) iureiurando, ante manus impositionem testantur, in huiusmodi resignationibus seu permutationibus nullam simoniæ labem, aut aliam illicitam interuenisse corruptelam, cum res crebro longe secus habeat, per quod illigrauem in se Dei iram proculdubio prouocant. Maiori ergo cura diligentiori, quām antehac fieri consuevit, peruestigatio ne prævia hæc iuramenta recipi conuenit.

Præstat

**T**Præstat paucos esse bonos, quām multos inutiles sacerdotes. C A P . XXXV.

**E**T ut cum diuo Clemente hoc caput concludamus, Me- Clemens: lius est episcopo paucos habere sacerdotes, ac ecclesiæ mi- nistros, qui possint dignè opus Dei exercere, quām mul- tos inutiles, qui onus graue ordinatori adducant.

**T**De visitatione vltimo loco dicendum.

C A P . XXXVI.

**D**E visitatione (quæ est altera muneris nostri episcopalis pars) hic dicendi locus non fuerit importunus. Expedientius tamen erit, hanc partem in vltimam harum synodalium institutionum classem reiçere, quod illic tractetur coñmodius maiorique cum fructu, nimirum traditis iam atque expositis regulis ad quas oporteat veluti ad amissim quandam, visitationem redigere, ordiri, atque peragere.

## DE OFFICIO PRIVATO AC PVBLICO, uitaq; ac moribus Clericorū generatim.

C A P V T I.



V I exactè volet cognoscere clericorū officium Hiero . ad & vitam, is diuum Hieronymum ad Nepotia- Nepo. num , ac cæteros patres non minus eruditione quām vitæ sanctimonia claros (qui de hac re ex professio iustis voluminibus scripserunt) perle- gat. Sat nobis in præsentiarum erit, carptim quædam deliba- re, ex quibus Clerici nostri summatim depreliendant, quām longe lateq; à recta semita declinauerint, subindeq; errones ipsi, tam periculosæ digressionis commoniti , pedem in viam mandatorum domini referant. Quod ab illis pientissimus si- mul ac iustissimus Deus, quum verbo haçtenus adhortans, pa- rum profecerit, innumeris plagiis iustissimè immissis commo- nens, manifesto requirit.

**T**Vnde clericī appellatio deriuata. C A P . II.

**N**Eminem fugit vnde clericī appellatio deriuata sit: nem Hiero . ad ne à cleris quod sortem sonat. Propterea enim (si diuo Hieronymo credimus ) Clerici dicuntur, quia de sorte domini sunt: vel quia ipse dominus fors, id est, pars eorum est. Quia ergo vel ipsi pars domini sunt, vel dominum partem ha- bent,

bent, tales se exhibere debent, ut & ipsi possideant dominum, & possideant à domino. Quo cum propheta confidenter dicunt: Dominus pars hæreditatis meæ. Non quidé quod à sorte Domini laicos secludamus, (omnes enim qui Christo per baptismum & fidem corporati sumus, populus acquisitionis eius sumus, de quo Propheta dixit: Pars autem domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius) sed quod Clerici peculiari quadam ratione ministerio Dei & ecclesie dedicati sint. Omnis quidem multitudo sanctorum erat, attamen do-

Psal. 15

Deut. 32

Nume. 18.

Deut. 18

Lsc. 10

1. Cor. 12

Ephc. 4

Hebr. 5

Gela. pon.

ti. ad Ana.

Au.

minus Tribum Leuiticā suo ministerio peculiariter deligit, quam in terra Israēl præter primitias, decimas, partesq; immatorum, ac reliqua quæ ipsi peculiariter lex dedicauit, nihil proprium possidere, nec habere partem inter fratres voluit. Dominus enim ipse est hæreditas eius, quam in hoc elegit ex omnibus tribubus, ut stet & ministret nomini eius. Habet Eu-

angelium suam Magdalenam, habet & Martham: & secreuit quosdam Christus, quos dedit Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem Pastores & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Breuiter à conditō orbe, & ab ecclesie, quæ in Adam cœpit, crepundijs, semper vi-

dentur ex hominibus assumpti quidam, constituti pro hominibus in his quæ sunt ad Dcūm. Semperq; visum est genus humani à duobus ministris Dei optime regi, quæ sunt sacerdotalis authoritas, & regia potestas. Quibus, quandiu inter se conuenit, bene actum est de republic. Dei: quum secus, omnia in diuersum repente mutata sunt. Ponit ob oculos sermo diuinus pleraque exempla huc spectantia, perpetuò memorabilia. Sed quid attinet antiqua repetere, quum nostri temporis exempla non minus insignia, non in aures tantum, sed in oculos ipsos influant? quæ nimis abunde docent, quantum malorum in ecclesiam Dci inuexerit, sacra prophanis miscuisse.

**T**Clericum suo officio intentum esse oportere. C A P . 111.

1. Timo. 5

**O**Mnis mali seminariū cupiditas semper fuit. Nam dum nemo suum peragit officium, alienis semper intentus: nempe clericus quæ laici, laicus quæ clericis sunt (ut deteriora fileamus) usurpat, fit, ut ecclesiæ harmonia diutius constare non possit. Obtestatur Paulus Apostolus Timotheum, quin

ominum,  
identer di  
ad à for-  
christo per  
equisitio-  
mini po-  
d Clerici  
e dedicati  
amen do-  
t deligit,  
s; immo-  
auit, nihil  
es voluit.  
e elegit ex  
Habet E-  
& secrevit  
am autem  
astores &  
s ministre-  
ndito or-  
empervi-  
ro homi-  
genus hu-  
aut facer-  
iu inter se  
us, omnia  
ermodiu-  
orabilia.  
poris ex-  
n oculos  
nalorum  
or-  
am dum  
tentus:  
(vt de-  
ius con-  
theum,  
quin

qui potius contestatur simul omnes quotquot erant Timo-  
theo successuri: Tu (inquietus) vigila, in omnibus labora, 2. Tim. 4.

**D**uplex Clericorum ministerium. CAP. 111.

**C**lericis, & in primis ecclesiæ presbyteris duplex ministerium, diuinis & humanis legibus est injunctum. Alterum, vt in commissum sibi populum, Denm propitium habere cunctis rationibus enitetur, quod non tantum sacrificijs solennibus efficitur, sed etiam precibus, quæ à pio corde profiscuntur, teste Iacobo, qui nos ad precandum cohortans: Orate (inquit) pro iniucem ut saluemini. Multum enim valet Jacob. 3 deprecatio insti assidua. Omnibus quidem dictum est: Petite, & Matth. 7 accipietis. His verò, vt semper petant, nec pro semetipsum tantum, sed & pro tota ecclesia Dei, vt vincat populus, qui sub ipsis est, hostes illos inuicibilis impugnantes eos qui volunt piè viuere in CHRISTO, vt stent sicut Moses, leuatis semper Exod. 17. interioribus animi manibus in cælum, in cōfractione in con- Psl. 105 spectum domini ad auertendū iram eius, ne disperdat popu- lum suū assiduè precentem, deinde ut offerant dona ac sacrificia pro peccatis, quemadmodum scriptum est: Quoniam sancti Leuit. 21 erunt Deo suo, & non polluent nomen eius. Incensum enim domini & panes Dei sui offerēt, & ideo sancti erunt. Alterū, vt sint religionis magistri, proindeq; vt in lege domini medi tentur die ac nocte, vt iudicia domini vera, iustificata in sc- Psal. 18 metipsa, desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum mul- tum, dulciora super mel & fannum, totis præcordijs amplectan- tus, exquirant, scrutenturq; Idque non propria præsumptio- Ex decre- ne aut humano sensu, sed Spiritu sancto dictante, qui abscon- d. Clemen- dit hæc à sapientibus & prudentibus in oculis suis, & renelat Matth. 11 ea parvulis. Vnde scriptum est [Labia sacerdotis custodiunt Malach. 2 scientiā, & legem exquirunt ex ore eius, quia Angelus domini exercituum est. Qui in hoc secundo munere præstat, gregi C. H. R. I posse ad inouendi sunt, de quibus suo loco dicemus.

**B**iblia à Clericorum manibus nunquam deponenda. CAP. V.

**H**ic satis est admonitione omnes pariter ecclesiasticis mu- nijs consecratos, ipsos precibus supplicationibusq; pu- blicis Deo persoluendis mancipari. Quas ut non tan- tum ore murmurant, sed & corde persolvant, nunquam à ma- Hierony. b

biblia lego  
à clericis

nibus eorum liber Legis, hoc est Biblia, deponatur. Nam vt quæ legunt & canunt, discant intelligere, tota vita vix sufficerit: si tamen quid est in literis sacris, quod totum humanus intellectus assequi possit, alijs subinde diuinarum fonticulis ex eodem fonte semper scaturientibus.

**T** De horarijs precibus in dies perlegendis, & reformandis Breuiarijs. C A P. VI.

**V** Eteris ergo instituti, quo sanctum est, vt Clerici sacris iniciati, vel sacerdotijs præsidetes, singulis diebus perlegat horarias preces, quas canonicas appellamus, causæ multæ, & potissimum ex, quas iam commemorauimus, videri solent. Hic multo iam ex tempore, pio (vt spes est) animo desiderauimus repurgari Breuiaria. Nam cum olim à sanctissimis patribus institutum sit, vt solæ scripturæ sacræ in ecclesia recitarentur, nescimus qua iniuria acciderit, vt in earum locum successerint alia cum his neutiquam comparanda. Atque interim historiæ sanctorum tanq; incultæ ac tam negligenti iudicio conscriptæ, vt nec autoritatem habere videantur nec grauitatem. Deo itaque authore, deque consilio Capituli nostri, ac Theologorum, aliorumque piorum virorum, reformationem Breuiariorum meditabimur.

**T** Pro cuiuslibet affectu non facile nouandum quid in ecclesiastico officio. C A P. VII.

Rom. 10.

**S** Vnt in clero zelum quidem Dei habentes, sed non secundum scientiam, qui priuatis quibusdam affectibus ducti, vel testamento, vel (vt vocant) fundationibus efficiunt, vt vt noua festa, præter ecclesiæ authoritatem, solenniter subinde celebrentur. Quo interim sit, vt preces horariæ, ac reliqua publicè recepta pro affectu cuiuslibet facile nouetur, id quod nobis non satis probatur. Noque enim errarunt patres, à quorum institutis in dicendis precibus, vt in tam longè discessum non fuisse. Quod si hic singulorum affectibus indulgetur, tandem antiquus ritus penitus evanescet.

**T** Quo affectu horarias preces persoluere oporteat. C A P. VIII.

Ex concil.  
Agate: et  
presbyter  
Ex eodem  
concil.ge-

**N** On suffecerit autem preces istas horarias vt cunq; permurmurasse, sed vt conciliari cōstitutione cautum est, presbyter ex intimo affectu, eleuataq; mente in solum Deum, nocturnum hoc, diurnumque suæ seruitutis pensum exol

exoluat. Maledictus enim qui facit opus domini negligenter. neral. c. do  
 Alioqui in precantes competet, Populus hic labijs me hono- lenter . de  
 rat, cor autē eorū longe est à me. Quām maximè verò orantē celeb. Mis  
 cauere oportebit, ne aliò respiciat quām ad Deum. Quōd si Hiere. 48  
 externz gloriæ aucupandz, aut lucri gratia, denique potius Es. 2.29.  
 ex more quām mente orare instituat, pars eius inter hypocri-  
 tas reputabitur, de quibus Dominus in Euangelio pronun- Matth. 6  
 tiauit, quōd ament in synagogis & in angulis platearum stan-  
 tes orare, vt videantur ab hominibus, proindeque mercedem  
 suam receperint. Et alibi ipsi interminans: Vx( inquit )vobis Matth. 23  
 Scribæ & Pharisi hypocritæ, qui comeditis domos vidua-  
 rum, oratione longa orantes, propter hoc amplius accipietis  
 iudicium. Alibi quidem dominus ait, Oportere semper ora- Luc. 18:  
 re, ac nunquam deficere, sed alia prorsus ratione quām preca-  
 bantur Pharisi: nempe secundum diui Pauli sententiam, qui 1. Cor. 14  
 diuini numinis clementiā sibi conciliare volet orando, oculi  
 interioribus in cœlum semper intētus, orabit spiritu, ora-  
 bit pariter & mente: psallet spiritu, psallet & mente, quemad-  
 modum de Anna Samuelis matre legimus, quōd multiplicans 1. Reg. 1  
 preces, coram domino loquebatur in corde suo, tantumq; la-  
 bia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur. Effu-  
 dit enim anima suam in conspectu Domini. Deniq; curādum  
 est, vt pœnitenti animo ac corde cōtrito, humiliatoq;, gratiæ  
 Deo dicātur, ac psallatur. Vt enim diuinus Psaltes ait: Pecca- Psal. 49  
 tori dixit Deus, Quare tu enarras iusticias meas? & ea quæ se-  
 quuntur. Vtq; oculi inter orandum ab omni vanitate auertātur.

¶ Summa deuotione Missæ sacram celebrari  
 oportere. CAP. IX.

Am si tanto mentis ardore ouelibet preces dicendæ sunt,  
quanta putamus deuotione sacroianctū Missæ ministeriu,  
iu quo corporis & sanguinis dominici sacramēta tractan-  
tur, cōficiunturq; peragendū est? Certè grauiter dolemus atq;  
animo inhorrescimus, vbi videmus passim tātis mysterijs in-  
dignos ac conductitios illos ac indignos sacerdotes, publicis  
etiā ac manifestis criminibus cōtaminatos, seſe ( idq; irreuerē-  
ter & interdum magis lucelli ac stipis, quām Dei causa ) sacris  
ingerere, quorū instat iuteritus, & perditio nō dormitat. Pro-  
bet ( inquit Paulus ) ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, &  
de calice bibat. Qui enim māducat & bibit indignè, iudicium

lege sacerdos  
Sacra ministratio

sibi māducāt & bibit, nō dijudicās corpus domini. Atq; ideo  
(vt subdit) inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiūt  
multi. Nam si nos ipsos dijudicaremus, nō vtiq; iudicāremur.

**T**Arguuntur, qui polluta mente ad altare  
Domini accedunt. CAP. x.

Matth. 7

**T**Erret, nec immeritò, nos sermo dominicus, qui vetat  
nos sanctum dare canibus, & margaritas nostras pro-  
iūcere ante porcos, quū quoſdam leuiculos sacerdotes  
illotis manibus pedibusque (vt in prōnerbio est) audacius in  
hæc sacratissima mysteria, quām in prophana irrūpere com-  
perimus. Quales sunt, qui humano affectu tantum, & potius  
ex more quām deuotionis ardore ad altare accedūt, quorum  
polluta est & mens & conscientia, quos meritò horrendum  
Euangelij exemplum (quod Ioannis xiiij. legimus, in hæc ver-  
ba: Et postquām accepisset buccellam, introiuit in eum Sata-  
nas. & cætera quæ sequuntur) ad meliorem vitæ frugem, altio  
remque tanti mysterij contemplationem reuocaret.

Ioan. 13

**T**Reuidenda Missalia ac Breuiaria. CAP. xi.  
**P**Eccliaria Missarum argumenta recens præter veterum  
institutionem inuenta etiam patribus displicuerunt,  
quid tantum mysterium pro affectu cuiuslibet tractari  
non beat. Proſas indoctas nuperius Missilibus cæco quo-  
dam iudicio inuectas prætermittere per nos liceret. Videbi-  
mur ergo operæ pretium facturi, si Missalia perinde atq; Bre-  
uiaria peruideri curemus, vt amputatis tantum superfluis &  
quæ superstitionis inuecta videri possint, ea tantum quæ di-  
gnitati ecclesiæ & priscis institutis consentanea fuerint, re-  
linquāntur.

**T**Quæ omitti aut decurtari uel organorum uel can-  
torum concentu häud debeant. CAP. xii.

lectiones redi  
decurtando

**I**Am & illud non recte fit in quibusdam ecclesijs, vt ob can-  
torum & organorum concentum, omittantur aut decur-  
tentur ea quæ sunt præcipua, Cuius generis sunt recitatio  
verborum propheticorum, aut apostolicorum, quam episto-  
lam vocamus, Symbolum fidei, præfatio, quæ & gratiarum  
actio, atq; precatio dominica. Quamobrem hæc tota distin-  
ctissimè ac intelligibiliter, vti cætera omnia ( si tamen leuis  
decurtandi causa subsit ) decantentur. Sit quoque cantus quo  
presbytero respondetur, æqualis, nec præcipitatus.

**T**Quem

**¶** Quemadmodum Missa legenda. CAP. XIII.  
Vilegit Missam, cum reuerenda modestia, clarè, distin-  
ctè, & exerte legat omnia vsq; ad canonem, vt qui au-  
diendi sacri causa astat, quod legitur, intelligat, at-  
que ad pietatem excitetur.

**¶** Quid post elevationē Eucharistiae agēdū. CAP. XIV.

**P**ost elevationem consecrati corporis ac sanguinis do-  
minici in nonnullis templis canūt Antiphonas pro pa-  
ce, aut contra pestilentiam & mortalitatem, cum potius  
tū videretur silendū, & ab omni populo mortis dominicæ cō-  
memoratio habéda, prostratisq; humi corporibus, animis in  
cœlū erexit, gratiæ agēdæ CHRISTO redéptori, qui nos san-  
guine suo lauit, à morte q; redemit. Cātiones vero illæ contra  
mortalitatē seu cladem, aut pro pace, satius post finitā Missā  
canuntur. Quæ vt ad Deum dirigantur, excerptæ ex canonica  
scriptura plus placuerint, quales sunt Antiphona, Media vi-  
ta, ac, Da pacē domine, & similes. Sic tamē, vt illis etiā quæ glo-  
riosæ virginī matri dicatæ sunt, suus honos ac locus seruetur.

**¶** Organorū melodía quēadmodū tēperāda. CAP. XV.

**O**rganorum melodia in templis sic adhibebitur, ne la-  
sciuiam magis, quām deuotionem excitet, néve præ-  
ter hymnos diuinos ac cantica spiritualia quicquam  
resonet ac repræsentet.

**¶** Singulis dominicis diebus, quæ ipsiis peculiares  
sunt officia dicenda. CAP. XVI.

**M** Os inoleuit non admodum improbandus, vt diebus  
dominicis toto fermè anno officium Missæ vel de sa-  
cerdos sancta trinitate vel de spiritu sancto dicantur. No-  
bis satins videtur, vt quæ prisca ecclesia singuliis dominicis pe-  
culiaria fecit, obseruentur. Quòd si illorum loco alia usurpan-  
da erunt, videbitur quod de resurrectione domini est, diei do-  
minico magis conuenire, quòd dies illa potissimum resurre-  
ctioni dedicata sit. Neque ignoramus non absq; causa Conci-  
lio Triburien. cōstitutum, ne propter missas peculiares, Mis-  
sa, quam de feria vocamus, prætermittatur.

*missæ de ben-  
celebrari or-  
dinis fac-  
tis.*

De conci-  
dist. 3. Sab-  
bato. c. 2.  
de ferijs.  
Ex conci-  
lio Triburi-  
c. 2. de ce-  
leb. miss.

**¶** Confessio, missæ præambulum, deuote  
recitanda. CAP. XVII.

**C** Onfessio illa, Missæ præambulum deuotè cum ministris  
vno aut pluribus vicissim confitentibus, ac sacerdotis

absolutionem in verbo CHRISTI, plena pœnitentis cordis erga Dei pietatem fiducia, recipientibus recitanda. Ad amicorum enim sacro astantes, ea absolutio refertur, ut digno vantis mysterijs valeant intercessione. Quamobrem dum haec sunt, non sit minister accendendis luminalibus aut alijs mentem auocantibus (quæ prius facta oportuit) intentus.

**T**Cur sacerdos in altari ministrū habeat. CAP. XVII.

*Ex cōcīl.*

Toleta. c-

II. c. vt il-

lud. de cō-

sc. dist. 1.

*De cōsec.*

dist. 1. hoc

quoque.

**N**Ec sine magna ratione in Concilio Toletano constitutum fuit, ut habeat quisque cauens Deo atq; sacrificans, post se vicini solaminis adiutorem vbi temporis, loci, siue cleri copia suffragatur, idque propter morbos & casus diuersos qui occurtere possunt, quo is qui impleturus officia accedit, si aliquo casu turbatus, vel in terram elitus fuerit, a tergo semper habeat, qui eius vicem & officium intrepidus exequatur. Alijs insuper Canonibns cauetur, ne presbyter nisi duobus testibus præsentibus celebret. Quæ decreta in quanis dissuetudinem abierint, in aperto est, nimirum presbyteris frequenter celebrantibus, talibus tantum adhibitis qui vix ipli respondere, nec quid agatur sciant.

**T**Omnis cultus diuinus summa cum ueneratione peragendum. CAP. XIX.

*Ex cōcīl.*

Lugdunē.

sub Grego

rio x.

I. Cor. 14.

II. Cor. 11.

**I**N summa, cultus diuinus quem sacerdos in domo Dei exhibet, debita cum ueneratione peragendum est, ut & Deo gratius sit, & insipientibus placitus, qui considerantes non solum instruat, sed & reficiat. Monet siquidem diuinissimus Paulus, ut omnia nostra ordinatè ac honestè fiant, ac acerimè increpat Corinthios, quod irreuerenter conuenirent in unum ad cœnam domini manducandam.

**T**De uita ac moribus Clericorum. CAP. XX.

*Coloss. 3.*

**N**unc de vita ac moribus paucis videamus. Devita instituenda sic præcepit Paulus, nedū clericis, sed omnibus Christianis: Mortificate (inquiens) membra vestra quæ sunt super terrā, fornicationem, immunditiā, libidinem, concupiscentiā malam, & auaritiā, quæ est simulachrum seruitus, propter quæ venit ira Dei in filios dissidentiæ. Nunc autem deponite & vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam de ore vestro, expoliantes vos veterē honiūē cum actibus suis, & induētes nouū, eū qui renouatur in agnitionē secundū imaginē eius qui creauit illum, quia est omnia & in omnib

omnibus Christus. Induite vero vos sicut electi dei, sancti & dilecti, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam. Super omnia autem haec, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis, & grati estote, verbum Christi habitet in vobis abundanter. In omni sapientia do- Ephe. 5.  
 centes & commonetes vosmetipso in psalmis, hymnis & can-  
 tis spiritualibus, in gratia cantantes & psallentes in cordi-  
 bus vestris deo. Omne quodcunq; facitis in verbo aut in ope- Coloss. 5.  
 re, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi, gratias ag-  
 getes deo & patri per ipsum. Non ad oculum seruientes, quasi ho-  
 minib; placetes, sed in simplicitate cordis, timetes deum. Quod-  
 cunq; facitis, ex animo operamini, sicut domino & non homi-  
 nibus. Orationi instate, vigilantes in ea in gratiarum actio- Colos. viii.  
 ne. Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, ut sciatis  
 quomodo oporteat vos vnicuiq; respondere. Omnis autem ser-  
 mo malus ex ore vestro non procedat. Sed si quis bonus, ad zedi-  
 ficationem fidei, ut det gratiam audiencibus. Et nolite con- Philip. 4.  
 tristare spiritum sanctum Dei. Modestia vestra nota sit omni-  
 bus hominibus. De cetero, quæcunq; sunt vera, quæcunq; pu-  
 dica, quæcunq; iusta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia,  
 quæcunq; bona famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, haec  
 cogitate, & deus pacis erit vobiscum.

**T**Ob quam causam Clerici male audiant  
 ac puniantur. C A P .      xxi .

**O**lim Clericis haec apostolica præcepta tenentibus pax Galat. viii.  
 super illos erat, quomodo ergo non tam vinea, sed Esa. 5.  
 & vineæ cultores facti sunt in direptionem? Ecce (in-  
 quid Ezechiel, ad Hierusalé verba faciens) haec fuit iniquitas  
 Sodomæ fororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia; Ezech. 16.  
 & otium ipsius, & filiarum eius, & manum egeno & pauperi  
 non porrigeant, & eleuantur sunt, & fecerunt abominationes  
 coram me, & abstuli eas, sicut vidisti.

**P**ræcipue causæ omnis mali tres. C A P .      xxii .  
 Ræcipue ergo causæ omnis mali sunt, fastus, luxus, & a-  
 Quaritia, à quibus Clerici potissimum male audiunt.

**T**Ambitionem ac fastum clericali officio  
 maxime repugnare. C A P .      xxiii .

**V**T omnē ambitionis radicem Christus discipulorum Matth. 18.  
 cordibus eximeret, parvulum in medio illorū statuit,

**Luc. 22.** dēq; primatu certare prohibuit: Qui maior (inquit) est in vobis, fiat sicut iunior: & qui præcessor est, sicut ministrator. Nā quis maior est? qui recumbit, an qui ministrat? Nonne qui recubit? Quis vero ignorat Clericū in medio ecclesiæ esse tanquam eum qui ministrat? Quare meminerimus potius officiū nostri quam dignitatis. Neq; enim ad dominationem vocati sumus, sed ad opus. Nō immerito Hieronymus, vt pestē quan-

**Hierony.** dam fugiēdos Clericos ait, qui à speluncis domorum paternarum abstracti, & post in ecclesia sublimati, ac sacerdotijs dītati, vanæ gloriæ & superbiæ stimulis effueruntur.

¶ Omnis luxus Clerico interdictus. CAP. XXIIII.

**Hieron. in Mich. c. 2.** Eatus Hieronymus ecclesiæ præfetus, qui luxu ac deliciis affluunt, Micheam describere afferit, quod eiendi

**Matth. 22.** sunt de spatiois domibus, lautisq; conuiuijs, & multo labore coquiliis equis, in tenebras exteriores, vbi erit fletus & stridor dentium. Vnde quidem de altario sacerdoti licet, luxuriari non permittitur. A crapula itaq; & ebrietate, à copotationibus illis ad haustus aquales, à luxu, ab alea, ab immoderatis sumptibus & comedationibus Concilium generale Clericos reuocat viuēs, sequutum veteris testamenti instituti.

**Ex cōcil. cl. c. A cra pula.** tum, quo ministris tēpli vinū & sicera prohibebatur, ne ebrietate grauarentur corda eorum, & vt sensus eorum semper vigeret & esset tenuis. Et Apostolus ait: Nolite inebriari vino,

**Bphe. 5.** in quo est luxuria, sed impleamini spiritu sancto. Et iterum: Non in comedationibus & ebrietatib. & que sequuntur. Atq;

**Rom. 13.** alibi Solomon: Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas: quicunq; his delectatur, non erit sapiens.

¶ Clerico non licere uel cauponę agere, uel tabernas, nisi necessitatis causa intrare. CAP. XXV.

**Ex concil. Agat. Lao dic. Caeth. vlt.** **C**um tanta honestas desiderabatur in clero, vt ne nuptialibus quidem conuiuijs ipsis interesset liceret, nec immisceri spectaculis ac cœtibus, vbi amatoria cātan-

tur, aut obsecnī motus corporis, choreis & saltationibus effeuntur, ne auditus & intuitus sacris mysteriis deputatus, turpium spectaculorum atq; verborum contagione pollueretur. Quid, si videtur ecclesia illa prisca Clericos nostri temporis

**Ex Cōcil. Viennen.** tabernarios, tabernisq; (quasi domos non haberent) noctu diuq; alligatos, quam execraretur facinus? Posthac ergo, non solū nullus ex clero sordidissimū cauponem aut tabernarium

agat,

agit, sed ne ad tabernas quidem nisi necessitatis causa diuer-  
tat: alioqui pœnæ canonice imminent ei, qui ordini suo hanc  
ignominiosam notam inurere tentauerit.

**H**abitus, seu exterioris corporis cultus mo-  
destia, à clericis exigitur. C A P . X X V I .

**B**EATISSIMUS Paulus habitus modestiam & in mulieribus 1. Tim. 2.  
desiderat, quem vult verecundum esse, non intortis cri-  
nib. aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa, sed quod  
decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. Iti-  
dem Apo<sup>c</sup>olus Petrus eas commendat, quarum non sit extrin- 1. Pet. 3.  
secus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vesti-  
mentorum cultus, sed qui absconditus est cordis homo in in-  
corruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspe-  
ctu dei locuples. Quam turpis ergo putanda est in clericis tam  
to gradu sublimioribus deformissima illa ac frequentissima  
noltræ tépestatis habituum variatio, quam he infirmiori qui-  
dem vasculo Apostolorum principes permittendam dux-  
runt? Ex veste apud homines sanctimonix opinionem aucu-  
pari prohibuit Christus, qui in omnibus operibus nostris, id Matth. 23.  
quod intus est, primum respicit, mundarique iubet, deinde  
quod deforis est. Vx illud horrendum pharisæis hypocritis  
interminans, qui vt videretur ab hominibus iusti, dilatabant,  
phylacteria sua, & magnificabat fimbrias, cum essent intus ple-  
ni rapina & immunditia. Interim tamen euangelium non te- Matth. 20.  
merè vestimentum Ioannis Baptistæ (quod illus professioni  
ac menti respondebat) de pilis camelorum contextum cele-  
brat, ac ipse Christus vestium mollitiem ac lenitatem auersa-  
tur: Ecce (inquiens) qui mollibus vestiuntur, in domibus re- Matth. 11.  
gum sunt. Quæ omnia huc spectant, vt velimus clericos pre-  
ter indicata consuram, vestes quoq; suo ordini cōgruentes de- Ex cōcil.  
ferre, quicmadmodum olim generali Concilio cautum est. Pg general-c.  
der siquidem nos, cum videmus prodire clericos perinde atq;  
seculi milites amictos, vel qui sint vt fœmina compti. Itidem cler. de vi  
pannoli clerici ac vestibus laceri displicet. Neq; enim affecta- Hierony.  
te sordes, aut exquisitæ deliciæ laudem parinnt.

**M**ALI exēpli est, sacerdotē se uenditare in Capel-  
lanū delicato laico aut mulierculæ. c. x x v i i .

Agna eorū leuitas est, in magnam cleri ignominiam

redundans, qui se laicis atque adeò delicatis fœminis,

b 5

sacerdos nō  
dōr ēē negoc  
tor, seu lour  
tor, nec cappe  
ang feminis  
ouu laicor

**Hierony.** ventris causa, in Capellanos (vt appellant) atque anteambulones venditant. Qui enim debebant esse gregis duces, rediguntur in caudam, & sordidissimis quibusque negotijs alligantur. Proh nefas.

¶ Suspecta mulierum cohabitatio clericis interdicta. CAP. XXXIII.

Ex cōcil.  
Niceno  
Ex cōcil.  
Mogunt.

**N**iceno Concilio, neque Episcopo, neque presbytero, neque diacono, neq; vlli clericorum omnino habere secum mulierem extraneam permittitur, nisi fortè mater, aut soror, aut auia vel amita, vel matertera sit. Nos (si tamen hæc tempora tantam seueritatem pati non videntur) saltem suspectam cohabitationem prohibemus.

¶ Auaritia in clero execrabilis. CAP. XXIX.

Ezech. 7.  
Hierony.  
ad Rust.  
Matth. 6.  
I. Tim. 6.

**E**x quo in ecclesia Dei auaritia creuit, perij lex de sacerdote & visio de propheta, quemadmodum diuus Hieronymus ad Rusticum Narboné ait. Nec mirum quod nemo possit seruire Deo & mammonæ: aut enim vnum odio habebit, & alterum diligit: aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi & cor tuum. Habentes autem alimenta & quibus tegamur, quisque secundum suæ vocationis rationem, his contenti simus.

¶ Honesto artificio uiictum querere  
clericu licet. CAP. XXX.

Ex cōcil.  
Carthagi-  
cap. cler.  
visti. 91.  
dist.  
Acto. 19.  
Ephes. 4.  
I. Corin. 4

**Q**uibus non suppetit ex sacerdotio, honesto artificio uiictum querant, sequuti dini Pauli exemplum. Sic tamen, ne sordidam aliquam artem sacerdotio ignominiosam exerceant.

¶ Clerici ne mercatores sint, multo minus  
foeneratores. CAP. XXXI.

2. Tim. 2.  
Ex cōcil.  
Mog. c. i.  
ne cle. ve.  
mon. c. so.  
eod. tit.

**N**emo militans deo implicet se negotijs secularibus, vt ei placeat cui se probauit. Quare multa prouidentia olim vetitum est, ne clericu vel monachi, mercatores (tacemus foeneratores) sint lucri causa.

¶ Damnantur clerici superstitionis, scurræ, cu-  
riosi ac leuiculi. CAP. XXXII.

In concil.  
Agat. 7.  
quæ singu-  
lare de ex-  
cessu præl.

**R**periuntur qui superstitioni, diuinationibusque ac sortibus dediti sunt, quos damnamus. Sunt qui scurras in cōuiuijs diuitum ac potentius agunt, qui cum maleficiint, gloriātur & exultant in rebus pessimis, qui digni non sunt

sunt, ut clerici appellantur. Sunt curiosi & leuiculi, qui in foris, in compitis, in plateis, in vicis obambulant, vagis oculis, effreui, liugua petulante, fluidoque incessu, & levitatem animi, impudentiamque nientis ostendunt, quos auersamur. Eos vero tam & re & nomine clericos reputamus, qui legē Dei die noctuque meditantur, munus suscepsum debitè exequuntur, ac vitam agunt sacerdotio dignam.

## DE METROPOLITANIS, CATHEDRALIBUS, & COLLEGIATIS ECCLESIS, & IN HIS MINISTRANTIBUS.

### CAPUT I.

 V V M Metropolitana seu Cathedralis ecclesia sedes sit episcopi, principemq; locum in Clero obtineat, nequaquam postremum in reformatio-  
ne locum obtainere debet. Nisi enim ea eccle-  
sia prælucet omnibus, quæ in tota prouincia  
aut dioecesi constitutæ sunt, finstra intendimus redigere in or-  
dinem ecclesiasticæ disciplinæ cæteras.

**T** De officio Decanarum. CAP. II.  
Porr̄o quin collegiatæ ecclesiæ secundariæ sint post ca-  
thedrales, & instar illarum (quod ad ordines ministran-  
tium, diuinumq; cultum attinet) constitutæ, vtробique  
Decanis curæ erit, vt clerros suos ad observationem piorum  
rituum prouocent ac reducant, vt ad agendam vitam clericis  
dignam perpetuo cohortentur, ac impellant, vt à negotijs, à  
tumultib. mūdanis reuocet, ne magis seculi, quam Christi mi-  
litæ videatur, vt comedationib. ebrietatib. ac omni luxui in-  
terdicant: deniq; vt singulos suo officio satisfacere cōpellat.

**T** De officijs in eiuscmodi ecclesijs ministran-  
tium, generatim. CAP. III.

Sunt in hisce ecclesijs diuersi ministrantium gradus: nem-  
pe Præpositi, Decani, Archidiaconi, Scholastici, Canto-  
res, qui & Choripiscopi, Thesaurarij, qui & sacristæ, seu  
custodes, canonici, vicarij, atque id genus alij. Interpretetur  
quisq; vocabulum suum, & curet esse quod dicitur, secundum  
veterem patrum institutionem ac regulam. Atque eo solo fe-  
cerint,

vide pag.  
29. 30. 32.  
106.

PALEOMA  
1000  
1000  
1000  
1000

cerint, ut cum cunctis nostris, tum omnium piorum expectationi magna ex parte respondissè videantur.

**T** De Canonicorum uita & officio. CAP. IIII.

**V** De Canonicis dicamus, paucis: Respôdeat eorū vita titulo, respondeat nōmini: sicut re ipsa, ut sunt nomine, Canonici, id est, regulares. Neq; enim clām est primam eoru[m] originem monasticæ disciplinæ fuisse. Imitentur Apostolos & nascentis ecclesiæ ministros, quorum erat cor vnum, & anima vna: qui quotidie (ut in Actis Apostolicis legimus) perdurantes vnamimenter in templo, & frangétes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis, perseverantes in orationibus, collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. De tali conuentu Psaltes dixit: Ecce quām bonum & quām iucundum, habitare fratres in vnum. Qui & compellās ac prouocans eiusemodi conuentum, ait: Ecce nunc benedicite domino, omnes serui domini, qui statis in domo domini, in atrijs domus dei nostri. Porro, ecclesiæ istæ collegiatæ quandam vetustatem spirant, & ecclesiæ primitivæ institutum præseferunt, quod vel forma ædificiorum ostendit, quæ Canonicos prope templum in vnum per habitaculum collocauit, ut procul à promiscua multitudine separati, diuinis pariter laudibus ingiter insisterent.

**T** Quemadmodum preces horariæ a lix. et diuinæ laudes decantandæ. CAP. V.

**S** Tatis ergo ac debitiss horis, laudes diuinæ non cursim ac festinanter, sed tractim: non truncatè, sed integrè, distincte, deuotè, reuerenterq; ab omnibus decantetur, persolianturq;. Et quum psallendi gratia conueniatur ibidem, mutata aut clausa labia nemo tenuerit, sed omnes pariter, senes cū junioribus ludent nomen domini in psalmis, hymnis & canicis, Deo alacriter modulantes: sic tamen, ne boatus confundat recitationem. Nemo rum, cum publicè vel preces horariæ, vel missæ sacram cantando peraguntur, legat vel dicat priuatim officium: nam is id, quo obnoxius est, choro subtrahit, atque alios vel psallentes perturbat, vel à psallendo retrahit. Quem tamen aliud officium ecclesiasticum aut publicum aliò statim rapiet, ut nisi legens preces horarias, tempestiuè absoluere haud possit, hac lege teneri nolumus. Quām autem à vero aberrant, qui existimant se se non alicuius officij in ecclisia

Acto. 2

Ibidem.

Ex Cōcil.  
Agath. in  
c. presby-  
ter. c. dolē-  
tes. de ce-  
le. missa.

clēsia exercendi, sed quietis & inertiae tantum causa canonici-  
tus esse adeptos? Perinde atque satis sit, paucis quibusdam ele-  
cīcis admodum ignarīs, tenui pretio conductīs, curam diuini  
officij committi, quod deinde eiuscēmodi mercenarij, nō ser-  
uatis temporū interstītijs, syncopando transcurrunt, inte-  
rim ipſis canonīcīs tota vita torpentibus.

**T**Inter sacra nihil ne cogitandum quidem, quod  
Dei aut ecclēsiæ oculos offendat. C.A.P. VI.

**L**Onge verò abominabile est, quod quidā tum, cū dinīna  
aguntur, inter seſe de rebus prophanis tractant, mūſita-  
tiones, colloquia, risus & cachinnos intermīscēt. Quidā  
aut in aliquem chori angulum se recipiētes, de nugis, ne quid  
grānius dicamus, commentantur, aut foris per templum ina-  
gno cum populi offendiculo deambulantes, oculos pariter &  
aures ad vanitatēm conuertunt, atque sacra loca fōdant, posi-  
ti in lapidem offensionis & petram scandalī. Hac lege nullum  
excipimus, siue claris sit natalibus prognatus, siue plebeius:  
Quin potius, qui genere p̄stant, meminerint se illī canonī-  
cos agere, & conuersari non in aulis, sed in scholis virtutum  
ac ecclēsiastīcī disciplinā.

**D**ecani templi summi potestas in praeuari-  
catores. C.A.P. VII.

**F**Acimus quoque Decano ecclēsiæ nostræ potestatem, per-  
sonas ecclēsiasticas ex alijs collegiatis ecclēsijs, interdum  
magis curiositate rerum nouarum, quam deuotionis cau-  
sa ad templum summū se recipieutes, ac inibi, p̄pter omne de-  
corū, ſepe etiā ecclēsiastico habitu nō amictas, inter laicos fur-  
sum ac deorsum inambulātes, pœna canonica, nimirū ſuspen-  
ſionis temporarīe, aut maiori etiā pro ratione culpe coercēdi-

**T**Quem oporteat esse uestitū ministrantium  
in hisce ecclēsijs. C.A.P. VIII.

**D**Evēſitu clēcīorū antē diximus, qui in his tanto de-  
bet esse decentior, quo sunt altiori loco, perindeq; atq;  
in ſpeculo quodam constituti. Sit ergo chorūm ingre-  
dientibus uestis talaris, ſint pilei (quæ bireta vocamus,) ſint  
camisīæ, ſint denique calcei pariter & caligæ tales, in quibus  
non fastus, iactantia, elationis vitium, vel mentis levitas, sed  
clericalis ordinis honestas & modestia deprehendatur. Si quid-  
dem ita ſemper viſum eſt maioribus nostris, extēnum habi-  
tum

*Note*

*qm̄i standum  
in cōoro.*

*Plerobis, si  
uidebis modo  
nos adiunſus in  
choro.*

*Canonicis  
3 actus qual*

*Agatē. 20.*

**Hono. 3. c.** tum quid intus creper, designare: adeò vt & leges ciuiles iniuriam matronæ, habitu meretricio vtenti, illatam, non vindicent, ac canones clericum non alligatum coniugio, habitum ac tonsuram clericales deserétem, post tertiam monitionem: clericum verò coniugatum, statim privilegio exuant clericali: adeò vt sic in maleficijs deprehensi, animaduersionem ciuilium magistratum non euadat. Ne autem posthac quispiam excusationem nō factæ aut præuiæ monitionis prætexat, hac nostra synodali constitutione omnes (quotquot sunt in nostris dioceſibus constituti) clericos qui habitu minus decenti vtuntur, monemus, vt intra tres menses, quorum singulos pro singulis dilationibus, tertiam vero vti peremptorium terminum præfigimus, habitu qui clericos deceat, reassumat: Alioqui ipso facto nulla posthac alia monitione expectada, iu censorias ac pœnas constitutionum canonicularum incurſuri.

**T** Decani undiquaque aduigilabunt. **CAP. ix.**

**Q** Vo ergo hæc quæ diximus repurgetur, ac debite funul cu omnib. alijs ad diuini officij prosequuntionē acho- ri disciplinā spectatib. obseruētur, Decanus diligenter inuigilabit, hinc & hiuc circūspiciēs, ne quid inordinate hat.

**T** Ante omnia uero ut canonici sacris adsint. **CAP. x.**

**C** Vi ante omnia curæ erit, ne quis canonicerū sacris abſit, sed vt qui emolumētum ferre volēt, officium quo- quesuum, propter quod beneficium datur, in ecclēsia ge-

**Aureli. 23** rant. Aurelianen. Concilio cauetur, clericos qui officio adesse contemnunt, ecclesiasticam disciplinam arbitrio Episcopi re- lepturos. Sed facile castigabitur hic lapsus, sine negligentes subtractione prouentū seu distributionnm multentur. Quare qui ab epistolæ lectione, exinde toti Missæ & à primo psalmo, singulis horis canoniciis integris ac minime interpellatim (nil forsitan necessitate auocante, petitaq; ac obtenta licetia) non interfuerit, iustum est, vt hic illius horæ aut officii tempo- dio in totum careat.

**T** Vicarij ut diuinis laudibus decantandis inter- fint, adigendi. **CAP. xi.**

**Vicarij enī cōfor** **Q** Vi Vicarij dicuntur, in quibusdam collegijs se in liber tatem quandam potius carnis quam spiritus vindicare cōtendunt, uolentes choro, decantandisq; funul cum eē ſep̄ debet canoniciis diuinis laudibus ac sacris esse addicti: sed hi resipi- fiant,

scant, ac incipient intelligere cur Vicarij dicantur. Superpellie  
ceis quoque vtantur. Cuius enim vices gerent, nisi canonici  
adiutores accedant: Horum minirum vice, qui vel aduersa va-  
letudine detenti, vel negotijs necessarijs auocati, intereste nō  
possunt. Cur tandem superpelliceis vtentur, qui chori sacrī  
se mancipatos non agnoscunt? In ordinem ergo disciplinæ re-  
digantur, suspensionisq; poena, etiam à fructibus, nedum quo  
tidianis illis quæ distribuuntur, sed à grossis etiam pro culpe  
modo animaduertendum in non parentes.

**T**Ad personalem residentiam cogendi, quibus hæc  
per fundationes beneficiorū est imposita. c. xii.

**Q**UORUM fundationes personalem residentiā requirunt,  
illi aut ipsi resideat, aut à prouentū perceptione suspe-  
dantur, & fructus illi in alios pios usus conuertatur,  
nisi qui reipublicæ causa ex autoritate nostra absuerint.

**T**Lucrē tatu causa sacrī adesse nō oportere. c. xiii.

**V**TINAM optando à Deo Opt. Max. consequi possimus,  
né quisquam lucrī causa diuinis interesset: alioqui non  
accessurus sacra, veluti quem nummi magis, quam Dei  
amor in templum trahit, quæstum pietatē esse putans: qui, nō  
dubiuni, ex numero eorum est, de quibus Esaias dixit: Omnes  
diligunt munera, sequuntur retributiones. Nec multū is abest  
(vti plerisque doctissimis viris placuit) ab horrendo crimenē  
Giezi, qui existimauit diuinum munus pecunia redimendum.

Quare viderint clericī nostri, vt eorum mens & intentio tota  
in Deum referatur, vt cum Dauid confiteantur Deo in dire-  
ctione cordis, ac in labijs suis pronuntiantes omnia iudicia  
oris eius. In via etiam testimoniorum domini delectentur si-  
cut in omnibus diuinitijs. Optandū, vt Psalmus ille centesimus  
decimus octauus, qui toties non sine causa in ecclesijs replica-  
tur, ore simul & correspondente singulis verbis mente decan-  
tetur. Et cum eodem Psalte ex animo dicatur: Voluntariè sa-

crificabo tibi, & confitebor nomini tuo domine, quoniam bo-  
num est. Non adimit Christus, sed decernit operanti suā mer-  
cedem: Dignus est enim operarius mercede sua. Et: Qui alta-

rio deseruit, de altario & viuet. Sed interim cogitare debet cl-  
ericus se viuere nō vt edat, sed edere vt Christo viuat, habereq;

semper menti reconditum Christi verbum: Primum quærite Matth. 6.  
regnum Dei, & hæc omnia adjicientur vobis.

**T**Capit

Canonici  
tur ferre  
te licet in

Canonico 3ab  
intentionē pr  
sorū iāndi lē  
et deinde u  
di ex altare

4. Reg. 3

Psal. 118

Psal. 53.

1. Corin. 9

1. Tim. 5.

## ¶ Capitula disciplinæ qualiter obseruanda.

CAPVT XLI.

**C**apitula vero disciplinæ (quæ vocant) multo maiori diligentia obseruentur atque hactenus. Id ita fiet, si non tam prophanae quam res sacræ in his tractentur. Si de moribus inquiratur, si vita expendatur singulorum: & quod olim sancti patres fecisse dinoſcuntur, extemporali oratione interdum commonerentur fratres. Et in primis ad sacras litteras capessendas instigarentur, atque ut in his optimas horas collocarent, incitarentur, quod hic reperiatur fons vitæ scaturiens, ex quo qui haurit, non sit in aeternum. Hic theſaurus euangelicus (propter quem oportet vendere vniuersa) reconditus sit, ex quo prudens ille paterfamilias profert noua & vetera.

Ioan. 4.  
Matth. 13.

## ¶ Officium Decani irrebelles. CAP. XXV.

**S**i quis Decanus rebelles cernat, si diuini cultus atq; sui officij negligētores, si rixosos, si litigiosos, si percussores, si aleatores, si scorta fouentes, aut alijs publicis criminibus irretitos, atque hi fraternam correptionem audire recusauerint, agat in his capitulis quod iubet Paulus: Peccantes, coram omnibus corrige. Tum si resipiscere nolint, arceat à sacris, prohibeat participare fructus, donec ad meliorem vitæ frugem reuertantur, sic tamen, ut hic seruetur regula apostolica: Corripite inquietos, consolamini pulsillanimes, patientes estote ad omnes, & neque ira, neque odium, neque rancor viles sibi partes vendicet. Nam illa præpositorum solicitude est utilis, illa cautela est laudabilis, in qua totum ratio agit, & furor nihil sibi vendicat. Ira enim saepe etiam innocentes ad crimen inducit. Dum enim iusto amplius irascimur, & volumus aliena coercere peccata, grauiora committimus. Per haec tamen nostris ac ecclesiis nostris prouinciæ nostræ priuilegijs ac legitimis consuetudinibus, & præsertim mori ac consuetudini qui in aliquibus ecclesijs est (nempe ut causa disciplinæ per Diaconos dijudicentur) nihil præiudicamus, modo tamen Diaconi ad requisitionem Decani, suo officio gnauiter ac strenue incumbant ac satisfaciant. Quod si Decanus & Capitulum negligentes, aut eisdem criminibus irretiti fuerint, ad iuris communis dispositionem redire, necesse erit.

¶ Con

**T**Contentiosi ad pacem & concordiam per Decanum & Capitulum reuocandi. CAP. XVI.

**I**Nuidiae detractionisq; vitium longè omnium pestilentissimum, in collegijs non est nouum, quod humani generis hostis inter fratres ferere semper conatus est, quemadmodum de Abel & Cain, de Ioseph & fratribus eius legimus. Gene. 4 Quin parū aberat ab omniū sanctissimo illo collegio, nempe apostolico, nisi pacificator CHRISTVS Iesus intercessisset, ac Satanam repente cieciisset. Hinc s̄pē numero in clero rixæ, iurgia, & iniuriæ nascuntur. Hinc multæ falsæ criminationes, emulationes, obtræctationes & delationes oriuntur. Et sit lingua ordinata in laudem Dei, inquietū malum, plena veneno mortifero. Fit deniq; vt in ea qua benedicimus Deū & Patrem, in ipsa maledicantur homines, qui ad imaginē & similitudinē Deifasti sunt. Atq; ex eodē ore procedit benedictio & maledictio. Nō oportet (inquit diuus Iacobus) fratres Iaco. 3 mei hæc ita fieri, sed qui sapiētes & disciplinati inter vos, ostendant ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ. Nam si zelum amarum habetis, & cōtentiones sint in cordibus vestris, nolite gloriari & mendaces esse aduersus veritatem. Non enim est ista sapientia de sursum descendens à patre luminum, sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & cōtentio est, ibi inconstantia, & omne opus prauum. Quæ autem de sursum est sapiētia, primū quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis cōsentientiis, plena misericordia & fructibus bonis, non iudicans, sine simulatione. Fructus enim iustitiae in pace seminatur, faciētibus pacem. Proinde si quis putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huins vana est religio. Hæc ille.

**T**P cena aduersus contentiosos pertinaces.

CAP. XVII.

**A**Gathensi Concilio constitutum est, vt quicunque odio Ex cōcil. aut longinqua inter se lite dissenserint, & ad pacem re- Agathē. c. uocari nequinerint, primitus arguantur. Qui si inimicitias deponere pernicioса intētione noluerint, de ecclēsiæ cōcetu iustissima ex cōmunicatione pellantur. Decanus ergo, vbi viderit intercedere inter fratres dissentionis materiā, quæ fraternalm dirimat charitatem, huius Canonis authoritate vtratur, ac pro pace sarcienda conseruandaque, Capituli sui

Canonicorum  
25 q̄ m̄ sedas

consilium atque auxilium imploret, quod innicem libenter  
præstabant, cuiuscunq; odio vel amore longe postposito.

**T**Quo tempore Capitulorum quotidianorum con-  
uentus obseruandi. CAP. XVIII.

Canonicorum  
consilia qn  
fieri dñe!

**Q**Votidiani Capitulorum conuentus, aut maturius sub  
summa Misericordia, aut statim post illam seruandi sunt,  
ne ob illos diuinum officium vel suspendatur, vel  
præcipitur, vel denique ab ipsis Canonicis negligatur. De-  
bet enim Dei causa omnibus alijs anteponi.

**T**Volumina statutorum reuidenda. CAP. XIX.

**H**Abent ferè quoquot sunt cathedrales ac collegiatæ ec-  
clesiarum suum volumen peculiarium statutorum, quæ in-  
terduni pro affectu priuato cuiuslibet augerunt ac cre-  
scunt. Inter hæc reperias quamplura, quæ qualiter magis  
quam pietatem respiant, & ad inæqualitatem potius, quam  
æqualitatem faciant: vnde discordia inter fratres (vt fieri so-  
let) frequenter alitur, concordia verò scinditur, laceraturq;. Et quantumuis pleraq; inter hæc iniqua reperias, adiguntur  
tamen omnes qui recens admittuntur, & ad eiusmodi statu-  
torum observationem (etiam penitus ignari, quid contineat  
illa citra nullum deleatum) inreiurando sese alligant, quum ta-  
men iuramentum non debeat esse iniuritatus vinculum, nec  
ad ignorata extendi. Operæ pretium itaque nobis videtur,  
huiuscmodi statutorum volumina inter vilitandum excute-  
re, & quæ Euangelicæ puritati, atq; fraternæ charitati, deniq;  
disciplinæ ecclasticæ minus cōsentanea reperta fuerint, re-  
secare, cauereq; ne posthac nulla uova statuta in eiusmodi ec-  
clesiis (nisi tamen noster accesserit calculus) edantur.

**T**In Capitulis à iuramentorum facilitate exactione  
temperandum. CAP. XX.

**M**atth. 5.  
**I**uramenti non  
**e**xigendū  
**C**ap. &c si cenda est illa inumoderata in Capitulis iuramentorum ex-  
actio, per quam necesse est, vt multi in ancipitia periuria cor-  
ruant, quorū nō tantum illi qui peierant, sed & qui causam  
periurij temere exigendo præstant, rei sint. Nam CHRISTI  
Verbum est: Sit verbum vestrum, est, est: non, non: quod am-  
plius est, à malo est. Et in Ecclesiastico legimus: Vir multum  
iurans,

Nota

**C**ap. 1. de illa citra nullum deleatum) inreiurando sese alligant, quum ta-  
men iuramentum non debeat esse iniuritatus vinculum, nec  
ad ignorata extendi. Operæ pretium itaque nobis videtur,

huiuscmodi statutorum volumina inter vilitandum excute-  
re, & quæ Euangelicæ puritati, atq; fraternæ charitati, deniq;  
disciplinæ ecclasticæ minus cōsentanea reperta fuerint, re-  
secare, cauereq; ne posthac nulla uova statuta in eiusmodi ec-  
clesiis (nisi tamen noster accesserit calculus) edantur.

intans, replebitur iniquitate, & non discedet à domo eius plaga. Si nolipso iudicaremus, non vtique dijudicaremur.

**T**Inter uisitandum de moderandis annis (qui expe-  
ctantiae appellantur) uidendum. C A P . xxi.

**N**Um annos (qui expectantiae appellantur) moderari possimus, videbimus inter visitandum, quādo nobis vel id maxime curæ erit, vt qui recens accesserunt Canonicæ, aliquot annis de consensu Capitulorū suorum, bonarū, ac potissimum sacrarum literarum studijs, in Academia aliqua publica & bene Christiana incubant, vtque tum sequātur illos interim redditus præbendarum suarum, quotidianis distributionibus tantum exceptis, aut portio ciuilemodi personis, iuxta ecclesiæ statuta & cōsuetudines assignata. Multum enim refert viros doctos esse in ecclesia Dei, qui veluti splendor firmamenti fulgeant, & tanquam stellæ in perpetnas æternitates mansuri, ad iustitiam plurimos valeant erudire. Indignum ergo studio tam frugifero intentos, ac in vinea domini operantes, diurno denario frandari, modò tamen testimonium exhibeant magistrorum, quod totos illos annos rectis operam dederint disciplinis. Per hæc tamen Canonis inducias, (quæ se latius porrigit) nolumus coarctare.

**T**Non oportere à Canonico recens admisso, pecuniam statutariam duplicatam ob ante-  
cessorem exigī. C A P . xxii.

**N**Ec ferendus nobis diutius videtur mos ille irrationalis, quo ad vnam præbēdam receptus, ob suos in eadem præbenda antecessores nō receptos (à quibus ius non habet, sed potius à conferente vel instituente) pecuniam statutariam sèpius exoluere cōpellitur. Nec ignoramus quosdā Decanos & capitula in eo esse, vt hæc pecuniaria onera (qua recens recepti, contra factorum Canonum dispositionē gra- uantur) in dies nouis quibusdam adiunctionibus grauiora, ac tandem importabilia efficiant: quod penitus improbamus.

**T**Communi necessitatē ecclesiæ, communi cōtri-  
butione consulendum. C A P . xxiii.

**Q**uod si fabricæ aut alia necessitas ecclesiæ immineat, sa-  
tius est vt quod in cōmunem vertetur vtilitatē, ex com-  
munibus redditibus defumatur, quām vt quis prima-  
tim grauetur. Euangelicum præceptū est, in quo vniuersalē

magistri ales ab officiis  
nō dñit defra-  
dari reddi-  
suis. uide:

Hono. iis.  
c. sup spe-  
cul. de ma-  
gistrat.

c. non de-  
bet. de re-  
gu. iur. in  
vij.

Reparatio ecc-  
l. à qbg fieri de-

**Matth. 7** **c**onsulit & Prophetx: Quod tibi nō vis fieri, alteri ne feceris. Et: Quecumq; vultis vt faciant vobis homines, hæc & vos facite illis. Ad hanc regulam, veluti ad Lydium quendam lapideum, omnes actiones suas, quum omnes Christianos, tum viros ecclesiasticos redigere, et quum est pariter, ac necessarium.

**Tribunalia extra tēpla collocanda. C A P. XXIIII.**

**E**x cōcil.  
Lugdu. c.  
decet. de  
imm. eccl  
sia. lib. vj.

**C**VM in quibusdam nostris templis iurisdictionis ecclē-  
siasticæ officiales pro tribunali sedeant, ad quod inter-  
dum multo cum tumultu concurritur delitigaturque:  
visum nobis est, vt hæc tribunalia, foris, intra tamen ecclē-  
sia-pomœria, collocētur. Cordi siquidem nobis est, vt quæ-  
cunque diuinum officium perturbare possunt, aut diuinæ ma-  
iestatis oculos offendere, è templis eliminentur, ne vbi pecca-  
torum est venia postulanda, ibi peccandi detur occasio, aut  
deprehendantur peccata committi.

**Optandum, ut deambulationes in hisce ecclesijs  
prohiberi possint. C A P. XXV.**

**A**Tque vtinam ~~commodo~~ deambulationes etiam illas  
laicorum (qui ad cathedrales ac collegiatas ecclesias so-  
la rerum nouarū curiositate ducti confluunt, ibidemq;  
nihil minus quam de rebus sacris, quæ inspectantibus illis  
aguntur, cogitant) submouere possumus. Grande equidē pu-  
tamus piaculum, tam veneranda mysteria, quibus astat Deus,  
& inter quæ C H R I S T I corpus & sanguis conficitur, tam ir-  
reuerenter haberi: tacemus quod domus Dei cōtemnitur, de  
qua C H R I S T V S eiecit ementes & vendentes, & non sinebat,  
vt quis transferret vas per templum, & dicebat docens: Non-  
ne scriptum est, Domus mea, domus orationis vocabitur, vos  
autem fecistis illam speluncam latronum? Duplii cura hic  
videbitur opus, tum vt prædicatores verbi Dei ex suggestis  
populum ab istis deambulationibus ex scripturis deterrent,  
tum vt magistratus ciuiles huic rei corrigendæ officium ac-  
commoden, cum quibus hac de re agemus.

**Theatrales ludos non infereños tēplis. C A P. XXVI.**

**Innoc. 3. c.  
cum deco.  
rē. de vita  
& ho. cle.**

**O**LIM theatrales quoque ludi & laruarū ludibria infere-  
bantur tēplis pessimo quidē exemplo, adeò vt pro vi-  
sione canonica (qua his teterimus abusus abolere-  
tur) opus fuerit, quem ex nostris diœcesis, iam, vt spera-  
mus, eiectum gaudemus.

**T**Cuiusd

**T**Cuiusdam abusus abrogatio. CAP. XXVII.

**I**N quibusdam collegiatis ecclesijs ad summum altare, non ordinarij, sed mercenarij clerici, presbytero sacra peragenti ministratur i adiunguntur, qui tamen officio suo fastati ciunt minus, quum ab altari ad subsellia, ex quibus succipiuntur, à subsellij rursus ad altare multum incompōsitē subinde discūrunt: quod fieri non oportuit, maximē in ecclesijs illis, quæ ordinarijs personis abundant, & quorum ministri copiis redditibus sunt ditati. Nam omnis occasio contemptus & scandali promiscuo vulgo admenda est.

**T**Processionum Collegiatarum ecclesiarum, quæ ad maiorem fiunt, moderatio. CAP. XXVIII.

**P**rocessiones ecclesiarum collegiatarum ad summum tem Agathæ. c. plūm, quæ diebus maximē celebribus ac festis fiūt, proculdubio institutæ sunt causa cōueniendi illuc ad Missas episcopales, desiderio quæ recipiendi cōmunionem, vel benedictionē episcopalem: iam quum isti conuentus specie quidem antiquitatis, & nihil præterea repräsentent, imò pernicioſe euagationis materiam & crapulæ occasionē diebus illis sacratissimis prætent, illas nobis catenus abrogare vīsum est, ut Collegia in ciuitate nostra Coloniæ. in quatuor illis summis anni festis ac diebus celebribus sequentibus, quæq; in suis ecclesijs diuinum officium statis horis reueréter solenniterq; concelebrent ac peragant: neque his diebus, nisi quum nos ius summo téplo nostro præsentes erimus, collegialiter accedāt. Nam quantula sit deuotio collegiorum quæ tum accedunt, quis Dei cultus ac veneratio, satis in aperto est. Tacemus, quod interim apud ipsas collegiatas ecclesijs hisce diebus, maxime insignibus, solenne officiū prætermittitur: aut si quod dicitur, verius præcipitatur ac truncatur, quam celebratur.

**T**De processionib⁹ non abrogatis. CAP. XXIX.

**R**Eliquas autem processiones more antiquo obseruari volumus: iubeimus tamen ut clerus ciuitatis nostræ, abusus, qui haec tenus irrepserunt, matura consultatio ne prævia, tollere peragat.

**T**Quomodo ad anniversaria Episcoporum in maiori ecclesia conueniendum sit. CAP. XXX.

**D**Vm vigiliæ in anniversarijs Episcoporum in summo nostro templo, conuenientibus illuc collegijs, persol-

uuntur, inconcinnus atque adeò specie ipsa non fatis pius ac deuotus, cantus æditur. Quare nobis vñsum est expedientius, vt collegia singula in suis templis vigilias hasce deuotè absoluant, dein ecclesiam nostram maiorem ad sacrum tantum aëcedant, illic tantisper facturi moram, donec id compleatur, singulis interim animum ad Deuni ac pias precationes cōuerfuris, quemadmodum superiori articulo diximus.

**T**Minora ministeria idoneis committenda, ac decenter peragenda. C A P . X X I .

**E**x cōcil.  
Mogūt. de  
vit. & ho.  
cleri. c. nō  
līceat.

**E**x cōcil.  
Agathē. c.  
sacr. 23. di  
stinct.

**A**ntiquissimis Canonibus in plerisque etiam Concilijs sanctiū est, ne laici secus altare inter clericos ministrent, næve insacrați ministri licentiam habeant ingrediendi in sacrarium, quod Græci diaconium appellant, næve vasā dominica contingant. Præterea ne reliquiæ Sanctorum & vestimenta ecclesiastica (quæ honesta esse decet) nisi tantum à sacratis ministris attrectentur, adeò vt ne sacratis quidem Deo sc̄eminis ac monachabus aut lectoribus etiam sacra vasā vel sacratas pallas contingere, vel incensum circa altare præfere licuerit, verum id solis Diaconis permisum sit: expressim autem laicis vetitum, ne pallas, ecclesiæ vela, ac altaris oruamenta abluant. Neque patres hic scripturis destitutuntur. Iam verò ed vñtum est, vt quatuor illi minores ordines, nempe ostiarij, exorcistæ, psalmistæ, ac lectors (non temerè ab ecclesia instituti ac recepti) præter nomen nihil in ecclesia retinuerint, illorumq; loco tenues aliquot homines laici, qui per ecclesiæ prælatos minoris compendij gratia subrogantur, illorum officijs sese ingerant, idq; indecorè: quippe nullo penitus clericali habitu amicti, inter quos sunt, quos appellamus campanarios, quos ad minimum (cereis accendendis, alijsque in choro ministracionibus intentos) deceret superpelliceis indui. Ne interim prætereamus ablutionem pallarum, vestimentorumq; altarium: breuiter, sacrorum custodiā talibus per custodes seu thesaurarios nostri temporis committi, quos hæc contingentes antiquitas nefarij criminis simul cum surrogantibus damnasset: quare cautius posthac agendum, ne ob talem præsumptionem Dominus iratus, plagam populo, qua simul innocens cum nocente involvatur, immittat.

D E

**DE PAROCHIS AC EORVM VICA-  
rijs, alijsq; Verbi ministris.** C A P. I.

**H**I C titulus cum generalis sit, in plerosque alios scinditur. Primum enim videndum est, qui ad verbi ministerium & regimen ecclesiarum admittendi sint, deinde de vita ac moribus eorum. Post, de officio, quod in duobus potissimum situm est, disseminationverbi, administratione sacramentorum. Postremo, de ipsorum vietū, de quibus speciatim dispicimus. Ante omnia tamen lectorum admonitum esse volumus, hos esse locos quos ecclesiarū iubar diuus Paulus in epistolis ad Timotheum ac Titum accuratissimè tractat. Nam huc il. 1. Timo. 5. lex potissimum spectant, ut sciant Timotheus, ac Titus, quomodo oporteat eos in domo Dei conuersari, quæ est ecclesia Dei viuentis, nisi quod articulus administrationis sacramentorum, & qui de vietū est, alibi fusi explicantur. Porro, cum haec Paulinæ epistola meræ aureæ sint, & nulli nō parocho cognitu in primis necessariæ: idcirco ad verbum ediscendæ, memoria mandandæ, ac opere compléde erunt. Ex quibus alijs euangelicis apostolicisq; scripturis ac patrum sanctionibus, nos quædam decerpemus, quo dilucidius fiat, in quibus habetens magno cum recipub. detimento peccatum, & quid de cætero parochis facto opus sit.

**T**Qui admittendi. C A P. II.

**Q**UAM Christus Iesus pastor ille bonus, ac pastorū principis, qui posuit animā suam pro ouibus suis, circuiret omnes ciuitates & castella, docēs in synagogis eorū & prædicās Euangeliū regni, & curās omnē languorē & omnem infirmitatē. Quum, inquam, is qui venit requirere & seruare quod perierat, vidisset turbas, misertus est eis, quia erant vexati & iacētes sicut oves non habētes pastorem, dicebat discipulis suis: Mēssis quidē multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominū mēssis, ut mittat operarios in messēm suam. Matth. 9. Ioann. 10. Marci 6. Luç. 10.

**T**Orandus Deus ut mittat operarios in messēm suam. C A P. III.

**N**VM, quæso, putamus necdum tempestiuum esse, interpellare dominū mēssis, ut mittat operarios in messēm, ac pastores, non quoslibet, sed secundum cor suum, ni-

mirum ouibus miserè dissipatis ac palantibus requirendis? Quis, nisi in media luce cæcus, non præsentiscat, nos in ea periculosisima tempora incidiisse, in quibus prædictiones Christi, & apostolorū scripturæ, omnino atq; omni ex parte complentur? Quis enim non videt venisse, irrupisseq; numerosa admodum caterua ad nos falsos illos prophetas in vestimentis ouium, qui sint intrinsecus lupi rapaces, qui non introierint per ostium in ouile ouium, sed ascenderint aliunde fures ac latrones? Non enim venerūt, nisi vt furentur & mactet & perdant, quos vidētes mercenarij, & qui non sunt pastores, venientes, fugiūt & dimittunt oves, & lupi rapiunt & dispergunt eas. Fugit enim mercenarius, quia mercenarius est, & nō pertinet ad eum de ouibus. Poterant direptores isti sub exuio ouino aliquādiu delitescere, nisi Christus eos prodidisset: Ex fructibus (inquiens) eorum cognoscetis eos, quod non possit arbor bona fructus malos facere, nec arbor mala fructus bonos. Ex fructu enim suo vnaquæque arbor cognoscitur.

**Matth. 7.  
Ioann. 10.**

**Matth. 7.**

¶ Vnde dignoscere oporteat Pseudoecclesiastes. C A P . 1111.

**2. Pet. 2.  
Iudæ.**

**Q**VOS qui velit penitus agnoscere, is 11. Petri Epist. legat cap. ij. & quæ eiusdem arguuntur est, Iudæ Apostoli unicum, & eas potissimum diuini Pauli epistolæ, quas ad **Ad Timo.** motheum ac Titum coëpiscopos suos prescripsit, in quibus & **Titum.** illos eodé quo dominus, nomine, appellat lupos rapaces, non parcentes gregi. Ex nobis quidem suborituros, sed peruersa loquentes, vt abducant discipulos post se, homines seipso amantes, cupidos, elatos, superbos, blasphemos, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, proteruos, reprobos circa fidem. A fine præcepti, quæ charitas est, de corde puro, & **1. Tim. 1.** conscientia bona, & fide non ficta, toto cœlo aberrantes, in vaniloquium conuersos, seductores, proficientes in peius, errantes, & in errorem mittentes, Magistros prurientes auribus, & in fide (quod bonâ conscientiam repulerint) naufragos, verbis contendentes: sanis verò sermonibus, & ei, quæ secundum pietatem est, doctrinæ, neutiquam acquiescetes, superbos, languentes circa questiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiae, cõtentiones, blasphemiae, suspiciones, malæq; **1. Tim. 3. 4** conflictationes hominum mente corruptorum, ac proinde 2. Timo. 2 conflixtiones hominum mente corruptorum, ac proinde ad nihil utiles, nisi ad subversionem audientium, quorum sermo

mo ut cancer serpit. Nunquid poterat Apostolus futurorum conscius, hosce Pseudoecclesiastes apertius, aut dilucidius designare, quos nullus profecto Apelles tam expressim suis coloribus depingere potuisse.

**T**Soli autoritate ordinaria comprobati, ad Verbi ministerium admittendi. C.A.P. V.

**A**Duersus hos pseudochristos & pseudoprophetas, nos præmuniuit Christus: Videte (inquit) ne seducamini.

Matth. 24  
Lucæ 21.  
Marc. 14.

Multi enim venient in nomine meo, & multos seducet, vt in errorem (si tamen fieri potest) ducantur, etiam electi. Nolite ergo ire post eos. Vos ergo (vti subiecit commonens) videte. Ecce prædixi vobis omnia. Christi ergo præceptum, quantum nobis ipse concedit, sequentes, quo lupos tam pestilentes ab ouilibus ac diccesibus nostris abigamus, visum nobis est operæ pretium fore, antiquos innouare canones, quibus præcipitur, ne vlli ad Verbi ministerium seu prædicationis officium, nisi missi, authoritateq; ordinaria approbati sint, admittantur. Quomodo enim (secundum Apostolum) prædicabut, nisi mittantur?

**T**Qui sunt legitimi parochi, & illorum uicarij, modo tamen hi examinati prius, & amissi sint. C.A.P. VI.

**O**Rdinarij ergo verbi ministri, ecclesiarum parochialium legitimi rectores ac parochi funto, quos etiam personaliter apud easdem ecclesiæ, secundum canonicas sanctiones perpetuo residere volumus, nisi tamē eos magna ratio, veluti quod vel maioris ac publicæ utilitatis causa absint, quæ & nostro calculo approbari debet, vel quod soli ob parochiæ amplitudinæ gubernationi tantæ non sufficiat, excusauerit. Tum enim qui per illos delegabuntur Vicarij seu vicecurati (modo tamen hi etiam examinati, & tam quod ad vitæ integritatem, quam Christianæ eruditionis puritatem & zelum attinet, idonei reperti fuerint) nostro permisso eodem officio perfungentur. Qui vero deinceps in vicecuratos assumentur, Vicarij nostri in pontificalibus ac Theologorum ei per nos adiungendorum: in diccesibus vero Suffraganeorum nostrorum, illorum, quibus hoc munera comitentdui duxerint, censuram (num videlicet obeundo muneri apti seu idonei sint, vel minus) expectabunt.

**F**ratres mendicantes quatenus admittendi. c.vii.

**A**Liquo retro seculis in eccliam recepti sunt quatuor mendicantium fratrum ordines, quo parochorum in verbi ministerio cooperari forēt. Quos absit ut repel-

**E**x Cōcil. Iamus, si tamen intra Concilij Viennen. sub Clemente qui iunto Viennen. celebrati, aliarumq; canonicarum constitutionum cancellos cle. dudū. se cōtinuerint. Nec antē accesserint, quām per ipsorum prælatos, ut viri inculpatæ vitæ, discreti pariter ac modesti, ac verbâ diuini probè gnari, iudicetur, atq; ad hoc munus deligātur. Deinde etiam Vicarijs nostris in pontificalibus præsentati, tales inuenti fuerint ac permitti.

**T**Quam modestiam fratres mendicantes in Verbi prædicatione seruare oporteat.

C A P . V I I I .

**V**i tamē quum in subsidium tantū vocati sint, ordinarijs ecclesiarū rectoribus molesti esēt definent, ita vide licet, ne eosdē (quum suo munere fungi ipsimet ve- lint) præoccupēt, nē ve quos in excolēda vinea domini iuuare debent in cōcionibus, virulenta ac detractionia lingua car-

**E**x decret. Pontia. pont.

pant, uti nōnulli huius generis solēt, qui inflati ac incōpositi populi auribus demulcedis student, suā, non Christi gloriam ambičtes. Nam ignari omnis ecclesiasticæ disciplinæ, ut igno rent parochos, si fortiè ceciderint, suos habere iudices, non ipsos fratres censores, multo minus promiscuā plebem: quam exploratū est, mutuis ecclesiasticorum vitorum amarulentis detractionibus adeō non emendari, ut scandalizetur multo magis. Nec audiendi sunt isti, si seruos Dei accusare se dicant,

**E**x decret. Anacle.

ut meliores sīt, quum potius inuidiæ stimulus adulatio[n]isq; quām charitatis studio agitari cōuincantur. Id ipsum vel pro pria eorū cōscientia attestāt, quod sciant nullum vel in seculo, ne dicamus in eorum monasterijs inneniri, qui velit suum seruum ab alio quām à se iudicari: adeō ut si quis secus facere præsumperit, hunc & multa sequatur indignatio & vlciscēdā cupiditas. Quin Paulum audiant dicentem, Nolite iudicare inuicē, sed hoc iudicate magis, ne offendiculum detis fratri.

**R**om. 14.

**T**Non ferēdi qui in iurisdictiones & potestates

**M**temerē ad plebem inuechuntur. C A P . I X .  
Vlto minus ferendi sunt qui ut auram venentur popu larē, in iurisdictiones episcopales ac ordines ecclesiasticorum

sticorum pariter & ciuilium magistratum iuuuentes, temere vociferantur ad populum: non intelligentes interdum neque de quibus loquuntur, neque de quibus affirmat. Quo nihil aliud efficiunt, quam ut plebem, alioqui satis in clerum irritatam, irritationem reddant, ac gliscenti seditionum igni oleum subministrent. Iurisditiones ac magistratus esse oportet. Quod interdum personarum, non ordinis seu magistratus virtus peccatur, alia prouidentia purgandum est, non cæco plebis iudicio expendendum: fraterna correptione opus erat, Matth. 18. non accusatione aut laceratione ex suggestis. Et ut omnia non statim ad viuum usque repurgentur, quod fieri vix potest, non grauabuntur isti oculati, in se quoque descendere ac suos eratus inspicere, quo tandem etiæ quiiores fiant, diuinisq; iudicijs etiam quedam relinquant. Si enim omnia (vti scitè Anacletus Ex canon. ait) in hoc seculo vindicata essent, locum diuina iudicia non Analeti- haberent. Sed de his satis.

**T**Abusus est, qui parocho suo officio interdicit. c. x.

**E**x his quæ diximus consequitur, eum morem, qui alicubi irrepit, penitus irrationalib; ne dicamus execrabilem abusum esse, quo legitimi ecclesiarum parochi adiunguntur iureiurando affirmare, sese in suis ecclesijs fratres mendicantes ad verbi ministerium (etiam si ipsimet pro ratione suscepit ac cōcrediti muneris eo fungi velint) perpetuo admisfuros. Quid enim hoc more aliud agitur, quam ut parocho officium, quo se Christo & ecclesiæ obstringit, adimatur, ac in alium relegate? Id vitij, ut spes est, curabimus.

**F**rater mendicantes his synodalibus constitutionibus erunt parentes. C A P. XI.

**A**Equum quoque censemus, ut qui ex fratribus huic munere accingi velint, nostris Vicarijs in pontificalibus serio promittant, sese hisce synodalibus institutis omnino obtemperaturos, quo sermo Dei pure, sincerè, ac sine offensione decurrat.

**D**ecet quoque ut fratres eatenus ordinariæ potestati subiçiantur. C A P. XII.

**Q**VIC ordinariæ nostræ potestati, quod ad eiusmodi functionem attinet, subiçiantur, & eatenus monastice professionis regulis, obligationibusq; eximâtur, non decens tantum, sed & iustum putamus.

**T**De

**T**De semel certo loco destinatis ac admissis, non temerè retrahendis. C A P . X I I I .

**Q**Vivero semel præsentati & admissi fuerint, vt certo loco hoc ministerio fungantur, non debebunt temerè seu præter nostrum assensum à suscepto munere retrahi. Nam frequentem personarum mutationem periculosam putamus, vt interim sileamus sape minus idoneum in idonei locum surrogari.

**T**Qui nulla legitima authoritate innixi, se Verbi ministerio ingerūt, uti seditiosi cōprimēdi. C . X I I I I .

**E**xtra ordinarios parochos, illorumq; legitimos cooperarios, nemo deinceps, neq; suggestum occupet, neq; conuenticulas, vel in priuatis domibus vel vicis faciat, aut Ex cōcil. quo quis tandem modo usurpet. Quod si quis secus agere præsum Antio. c. 5 pserit, & inobediens perturbare ecclesiam Dei (quæ foris est) perseuerauerit, hunc tanquam seditiosum corripi oporteat.

**T**Prohibentur omnes apostatae monachi ignoti ac peregrini spermologi. C A P . X V .

**Q**Vamobrem prohibemus omnes apostatas monachos ignotos. Item istos ac peregrinos spermologos, quorum neq; doctrina neq; vita vlli perspecta est: eritq; proinde curæ cīilibus magistratibus ac præsidibus, vt de his inquirant diligenter: & quos nos proscriptimus, eos illi cum receptatoribus ipsorum doli mali conscijs exceedere prouincia compellant: Nisi quid severius culpa horum prævaricato Ex cōcil. rum in ipsis statuere postulauerit. Iam vt inueniatur quis Sardi. t. & piām (quod absit) qui aliter quam legitimè parochiā occupa 18. Laodi. 13. uerit, hunc ab ijsi statim oportet, quantumuis plebs, quam corrupit, eum retinere contendat.

**T**De Terminarijs quatenus admittendi. C A P . X VI .

**E**X ordine mendicantium, qui oppidatum soli cominoran tur, quos Terminarios appellamus, vitam interdum age re monachismo plurimum dissimilem cognouimus, pro indeque multis esse inuisos: hos potius, quum officio prædicationis statim illis diebus perfundi essent, eleemosynasq; collegissent, statim ad monasteria sua regredi, ibidemque quieti operam dare, atque obseruare ieunia & orationes iuxta ordinis sui institutum malumus, quam vitam communem, ne dicimus licentiosam, inter ciuii turmas ducere. Vbi tamē monasteria

Ex Chalc. Concil.

steria ab oppidis aut viciis tam longe dissita fuerint, ut vnius diei itinere repeti non possint, nolumus Terminarios istos hac lege teneri, modo tamen viri graues & annosi, vite quoq; ex omni parte integræ ac sanæ doctrinæ comperti fuerint: ac id etiam visitatione potius quam constitutionibus cauebitur.

**P**riuilegijs fratrum nihil derogatur. CAP. XVII.

**N**olumus autem per prædicta, priuilegijs, ordinibus fratrum mendicantium rite & legitimè concessis, præjudicare.

**P**Monachorum ecclesiæ per seculares (ut uocant) presbyteros gubernandæ. CAP. XVIII.

**E**adem ratione decens est, ut monachi qui parochiales eccl. de monachis, cura animarum apud ipsum monasterium, non nachis. de personam, relicta, incorporatas (ut vocant) monasterijs præbē. c. i. suis habent, non per religiosos (quos in monasterijs perpetuum vitam agere conuenit) sed per Vicarios presbyteros seculares (modo haberi possint) ad eundem modum quem suprà diximus, examinandos admittendosque gubernari procurent. Quibus etiam de ecclesiæ prouentibus tantum assignare obligati erunt, vnde & iura episcopalia persoluere, & congruam sustentationem habere possint: quod ut fiat, nobis curæ erit. Non tamé tam duri hic erimus, quo minus interduni viros monasticos, quos singulari vitæ exemplo & doctrinæ saltuaris dissemination insigne comperiemus, apud ecclesiæ parochiales relicturi & confirmaturi sumus.

## DE VITA A.C. MORIBVS PASTORORVM.

**CAP. I.**



Vanquam de vita ac moribus Clericorum suprà dixerimus, videtur tamen hic locus postulare, ut speciatim aliquid de conuersatione ac moribus parochorum dicamus, quod horum vita & officium dino Paulo præcipue curæ fuerint: adeò ut his recte se habentibus, de reliquis non admodum magnam solitudinem habuisse videatur. Nec immerti: res enim ipsa declarat, ac prisca secula meminerunt, quam tranquilla, quam florens, quam fructificans, quam denique felix ecclesia fuerit, dum talibus esset parochis insignis, qui Euā gelicis

gelicis, apostolicisque institutis, sauctorumq; patrum regulis addicti, non tantum vocabulo, sed & facto præstabant quod dicebantur. Contrà vero, in quantos astus, tempestates, procellas, ac pericula, ob eosdem sentim in diuersum mutatos ac varicantes, ecclesias nauicula miserè cōiecta sit, nos sentimus. Ex quibus rursus emergere, quum certo certius non possumus, nisi nos (quibus gregem suum Christus pascendum comisit) vias domini rectas, à quibus varicando excidimus, inambulare pergamus. Quid tandem aliud consilij capiendum nobis, quām vt singuli, quales essemus, tale & simius: atq; hoc insigne Christi verbum, quod hinc discedens, Petro oculas suas committens, post tertiam demum dilectionis stipulationem promissioneinq; vti ultimum elogium ac memoriale, fidelissimè diligentissimeque inculcauit, & mente & opere teneamus, quod est: Pasce agnos meos. Id fecerimus, si gregem Christi post Christum vnicè diligamus, atque eundem tam verbi doctrina, quām operis exemplo pascamus, diuinorumque sacramentorum dispensatione in tueamur, defendamusque,

**T**Vita ut doctrinæ in parocho conueniat, necessarium.

CAP.

11.

**V**Bi que fermè cum de parochis sermo incidit, scriptura vitam doctrinæ copulat: niimirum quod qui vitam agit doctrinæ contrariam, plus exemplo destruit, quām edificet verbo. Oportet enim & fieri sermonem, non tantum dici: alioqui competit in parochi quod Seneca Platonis obiectum fuisse refert: Aliter loqueris, aliter viuis. Et quod Christus Phariseis imputat. Dicunt enim, & noui faciunt. Alligant onera importabilia in humeros veltros, digho autem suo nō tunt ea mouere. Apponatur ergo manus ori necesse est, ne sit

**Gene. 27.** vox quidem, vox Iacob, manus autē Esau. Postò vox operum fortius sonat quām verbū. Intuēdus nobis pastorum princeps est, cuius tota vita sua doctrina est: qui cœpit primum facere, post docere. Siquidem, potens opere & sermonc, qui discipulos Ioannis de aduentu Messiae rogantes, ad opera remisit, dicens: Ite, dicite Ioauni quæ vidistis, & audistis. Qui denique non solum vocat oues suas nominatim, sed & vadit ante eas. Et eum tantum qui sic docuerit & fecerit, magnum in regno cœlorum fore pollicetur.

**Pasto****1. Pet. 2.****Ago. 1.****Luc. 24.****Matth. 5.**

**T**Pastorem, gregis exemplum esse oportere.

C A P . I I I .

**Q**uare beatissimus Paulus ecclesias ministrum institutus est: Exemplum (inquit) esto fidelium, in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate. Itidem ad Titum ij. In omnibus te ipsum praebé exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, verbum sanum, irreprehensibile, ut is qui ex aduerso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Nam enim terrae & lux mundi, prædicator Euangelij dicitur, & lucerna super candelabrum posita, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic, ut videant homines opera illius bona, & glorificant patrem, qui in celis est. Quod si sal iufatuatum fuerit, in quo salietur? ad nihil enim valet ultra, nisi ut projiciatur foras, & conculceretur ab hominibus. Apostolus itaque hoc preceptum commendat Timotheo, ut militet bonam militiam, habens non tantum fidem, sed & bonam conscientiam, quam quidem repellentes, circa fidem naufragauerunt: ex quibus tum erant Hymeneus & Alexander, quos tradidit Satanæ, ut discant non blasphemare. Interea vero ex eodem numero omnes haereticis fuere.

**T**Vitanda parocho in primis auaritia.

C A P . I I I I .

**T**Amque clericis vitanda erunt, supradiximus. Ea ipsa potissimum Paulus quam longissime a parochis esse vult, & quæ illic opposita sunt, in ipsis quæ in maxime clucere. Primum scilicet, ut abstineant ab omni auaritia. Hospitalis enim erunt, non turpis lucri cupidi, non opes, sed animas venantes, non auri, sed hominum pescatores: aliqui ex pastoribus sient mercenarij, & vertentur in lupos, audientque dominum per Ezechielem exprobantem. Ac comedebatis, & lanis operiebamini: quod craustum erat, occidebatis, gregem autem meum non pascebatis: quod infirmum fuit non confortabatis, & quod agrotum erat non sanastis, quod confractum est non alligastis, & quod abiectum est non reduxistis, & quod perierat non quaestis, sed cum austeritate imperabatis eis & cum potentia. & cetera quæ sequuntur. Qui eniū volunt diuites fieri, indidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix quippe omnium malorum, est cupiditas: quam

1. Timo. 2.

Ad Tit. 2.

Matth. 5.

Timo. 1.

Tit. 1.

Matth. 4.

Ezec. 34.

1. Timo. 6

quam quidam appetentes, errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Tu vero ô homo Dei, hæc fuge: sectare vero iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, & mansuetudinem.

**T**Parochi familiam irreprehensibilem esse debere. CAP. V.

**I**nterim erit domui suæ bene præpositus, vt nō tantum ipse, sed & sua familia irreprehensibilem vitam agat. Qui enim domui suæ præesse nescit, quomodo ecclesie Dei diligētiam habebit? Oportet autem illum & testimonium habere ab his qui foris sunt, vt uon in opprobriū incidat & in laqueum diaboli. 1.ad Timotheum 11.

**T**Parocco luxus omnino cauendus. CAP. VI.

**i. Timo. 3.** **i. Timo. 5.** **D**enim vult parochum esse Paulus, nec multo vino deditum, ac vino potius ad necessitatem quam ad voluptatem vtentem, quemadmodum ipse Timotheo præcipit, ne aquam adhuc bibat, sed modico vino vtatur propter stomachū suum & frequentes infirmitates. Nesciat ergo parochi domus comedationes crapulosas, execretur comptiones illas ad æquales hanstus obligatorias. Sit procul à symbolorum (vt vocant) dationibus. Turpisimum putet, nisi causa necessitatis, intrare tabernacu[m], quasi domum non habeat ad edendum & bibendum. Breuiter, vitet omnia quæ pastoralem authoritatem aut dedecorant aut imminunnt.

**T**Pudicitia seruanda parocco. CAP. VII.

**Roma. 2.** **D**etestetur quoq[ue] omnem libidinē. Nam oportet parochum esse pudicū. 1. Timoth. iij. & se præbere exemplū in castitate. 1. Timoth. iiiij. ne in eum verè dicatur Qui alium doces, te ipsum non doces. Qui prædicas nō furandum, furaris. Qui dicas non mœchandū, mœcharis. Qui in lege gloriaris, per prævaricationē legis Deum inhonoras: per quod blasphematur nomen Dei inter gentes. Quo enim vultu fornicarios cœlo excludet cum Paulo, qui huic volutabro cœni ipse immersus est? An existimas (inquit ipse Paulus) ô homo omnis qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? In quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas: eadem enim agis quæ iudicas. Scimus quippe, quia iudicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt.

**T**Quæ

**i. Corin. 6.**  
**Ephe. 5.**  
**Gala. 5.**  
**Roma. 2.**

**T**Quæ fugienda & quæ sectanda parocho. c. viii.

**D**Enique Paulus ad Timotheum: Iuuenilia (inquit) 2. Timo. 2  
desideria fuge, sectare verò iustitiā, fidem, spem, & cha-  
ritatem, & pacem cum his qui inuocant Dominum de  
corde puro. Labora sicut bonus miles C H R I S T I: Nemo  
enim militans Deo, implicat se negotijs secularibus, & quæ  
sequuntur. In summa, sollicitè cura teipsum probabilem ex-  
hibere Deo, operarium inconfusibilem rectè tractantem ver-  
bum veritatis. ij. Timoth. ij.

## DE DISSEMINATIONE VERBI.

C A P V T I.

Euangelizare  
meū oī op̄

**O**C Ministerium sanctissimus Apostolus cæte-  
ris omnibus longe præfert. Vnde & Corinthijs  
scribens, ait, Non misit me C H R I S T U S baptiza 1. Corint. 1.  
re, sed Euāgelizare: cui & ceteri Apostoli asti-  
lantur, quum inquiunt: Non est æquum nos re- A d o . 6  
linquere verbum, & ministrare mensis. Quinimo & C H R I-  
S T U S alijs anteponit: Euntes (inquiens) in mundum vniuer Matt. vii.  
sum, prædicate Euangelium omni creature, ac docete omnes  
gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus  
sancti, docentes eos seruare omnia quæcumq; mandaui vobis.  
Quamobrem Paulus Timotheum suum excitans, ait: Atten 1. Timo. 4  
delectioni, attende exhortationi & doctrina, noli negligere  
gratiā quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiā cum im-  
positione manuum presbyterij. Hæc meditare, in his esto, vt  
profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi & doctri-  
næ, insta in illis: hoc enim faciens, & te ipsum saluum facies &  
eos qui te audiunt. Et iterum: Tu verò vigila, in omnibus la- 2. Tim. 4.  
bora, opus fac Euangelistæ, prædicta verbum, insta opportu-  
nè, importunè, ministerium tuum imple.

**T**Quid parocho ineditandum. C A P . II.

**M**Editabitur parochus quid ipsi dominus per Ezechie-  
lem cap. iiij. xxxiij. ac xxxiiij. præceperit, parabolaque  
speculatoris menti infigenda est: Speculatoré (inquit)  
dedi te, domui Israël. Quod si speculator viderit gladium ve-  
nientem, & non insonuerit buccina, & populus se non custo-  
dierit, veneritq; gladius, & tulerit de eis animam, ille quidem  
in iniuitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu

- Iaco. 5 speculatoris requiram. Parochi siquidē sunt , quibus potissimum dictū est : Fratres, si quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit qnis eum , scire debet quoniam qui conuerterit fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, & tuabit animā eius à morte.   
 Thren. 4 Dur̄ est nimis illa prophetæ lamentatio: Paruuli petierunt panem, & nemo dabat eis Pasce ergo fame morientem: si non paueris , occidisti. At honio ex diuablis partibus constat, ex carne scilicet & spiritu. Duplici ergo cibo opus est. Nam vt scriptura ait , Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Cibis exterior carnem tantum mortalem reficit, & intrans per os, in ventrem vadit , & in secessum emittitur Panis autem spiritus tam per verbum prædicationis, qnām sacramentaliter in veritate corporis & sanguinis dominici, in viua fide comedens, viuiscat , reficit , ac vegetat animam, qui non perit, sed permanet in vitam æternam, & hunc qui ederit , non morietur in æternum. Id quod omnes pij sciunt ac sentiunt. Viens enim sermo Dei est , & efficax, & penetrantior quoquis gladio ancipiit, ac pertingens usque ad diuisionem animæ & spiritus, compaginatq; & medullarum.

**Fidelitas in primis in parocho requiritur.**

C A P . 111.

1. Corin. 4 Ici iam inter huius cœlestis panis dispensatores quæcatur, vt fidelis qnis inueniatur. Fidelis, inquam, seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam Matth. 24 suam, vt det illis escam in tempore. Beatus ille seruus, quem, qnum venerit Dominus eius, innenerit sic facientem. Si fecus, veniet Dominus seruillius, in die quo non sperat, & hora quam ignorat, & diuidet eum , partemque eius ponet cum hypocritis, vbi erit fletus & stridor dentium.

**Quis sit fidelis uerbi dispensator.** C A P . 1111.

1. Ioan. 4 S autem fidelis est dispensator, (attestate diuinissimo Ioanne) cuius scopus viucus ille C H R I S T V S est , & cuius spiritus confitetur C H R I S T V M in carne venisse: id est, vt diuus Paulus interpretatur, qui docet apparuisse gratiā Dei & Salvatoris nostri omnibus hominibus ad erudiendum nos, vt abnegantes omnem impietatem & secularia desideria, sobrie, iuste, & piè viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentū gloriæ magni Dei & Salvatoris nostri I E S U Christi. Qui, inquam, docet eundem C H R I S T V M Iesum dominum

Ad Tit. 2

minum nostrum hominem factum, vt daret semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniuitate, & mundar et sibi populum acceptabilem, sectatorem honorū operum. Quibus verbis sanctus Paulus duas in C H R I S T O naturas, verbi scilicet & carnis, indissolubili vinculo coharentes, & utriusq; naturæ rationem complectitnr. Verbi, quatenus erudit nos, docens quæ sit voluntas patris, quam facientibus denuntiat præmium, præuaricantibus vero poenam æternam. Carnis vero, I o a n . 1 quatenus datus & immolatus est pro nobis in ara crucis. A . 1 . P e t r . 2 gnuus immaculatus & victima tollens peccata mundi, nobis re linquens exemplum, ut sequamur vestigia eius, & eadem cogitatione armemur, quia qui passus est iu carne, desist a peccatis, ut iam non desiderijs hominum, sed voluntate Dei, quod reliquum est in carne temporis vivamus. Omnis autem spiritus I . I o a n . 4 qui soluit I E S U M , ex Deo non est, & hic est Antichristus, de quo audistis: quoniam venit, & in mundo est.

### TOmnis scriptura ad geminam charitatem exigenda.

C A P . V .

I Sitem fidus est minister verbi, qui omnem scripturam ad Christianam exigit charitatem. Charitas enim Christianism consummat, quemadmodum apud diuum Paulum legimus. Finis præcepti est charitas de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta. Et est potissimum illud indicium, quo Christiani esse cōprobamur. In hoc (ait C H R I S T Y S ) co gnoscere omnes quod discipuli mei estis, ut dilectione habueritis adiuicē. Vnde beatus Augustinus in libris de doctrina Augu. de Christiana breuissimam methodum ad peruestigandas, intel doctr. Chri ligendasq; scripturas cōmonstrare volens. Quisquis (inquit) scripturas diuinias vel quamlibet earum partem intellexisse sibi videtur, ita ut in illo intellectu non ædificet geminā charitatem Dei & proximi, is nondum intellexit, quod legis ac Matth. 22 scripturarum summa, finis ac plenitudo, sit dilectio, quæ duobus mandatis cōprehenditur: nēpe, Diliges Dominū Deum Roma. 13 tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente, ex tota virtute tua, & diliges proximum tuum sicut teipsum. Et, quemadmodum vultis ut faciant vobis homines, ita & vos facite illis. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & Prophetæ. Quicunque ergo ad hanc amissim doctrinam suam attemperat, is nunquam potest perniciose errare.

**T**Summa Euangelicæ prædicationis. CAP. VI.

Ezech.18 **E**zehiel vero Propheta summam suæ prædicationis do-  
minum enarrantem facit, hisce penè verbis: Viuo ego, di-  
cit Dominus: Nolo morte peccatoris, sed ut cōuertatur  
impius, & viuat. Iustitia iusti non liberabit eum, in qua cunq;  
die peccaverit: & impietas impij nō nocebit ei, in qua cūq; die  
cōuersus fuerit ab impietate sua. Quare qui egerit pœnitentiā  
à peccato suo, feceritq; iudicium & iustitiam, & in mandatis  
vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquā iniustum, vita viuet &  
nō morietur. quod C H R I S T V S breuius cōplexus est: Pœnitentiā  
(inquit) agite, appropinquabit enim regnum cœlorū. Sed  
de his alias locupletius. Sufficerit hic vtcūq; indicasse scopū.

Matth. 3

**T**Parochō cautissima sollicitudine in prædi-  
catione uerbi utendum. CAP. VII.

Psal. 140

**Q**uo autem sollicitius parochus prouinciam, cui admo-  
tus est, gubernare satagat, haud existimabit se alicui le-  
ui muneri, sed omnium grauissimo ac difficillimo  
præfatum, tantæ nimirum difficultatis, vt verbi prædicato-  
reni vndequaq; absolutū, vix vnum ē millibus reperias. Non  
idem est ouium palatum, magna in pascendis varietas: quod  
vnam oculum nutrit, alterā macerat aut mactat. Culpaue-  
rit aliquis auaros, prodigis hinc argumentū prodigalitatis  
suæ colliget. Culpauerit prodigos, auarus inde tenacitatis  
excusationem arripiet. Ea est hominum malitia, vt nedum  
alia, sed & sanctissimum Dei verbum pro suis quisq; affecti-  
bus ac ad sua desideria confouenda potius quam eradicanda  
trahat. Videmus, proh dolor, quemadmodum hac tempestate  
pleriq; sacras literas in parabolam ac prouerbium vertant, at-  
que ad excusandas excusationes in peccatis summa vi atq; im-  
pudentia torqueant, adulterantes verbum Dei. Quare paro-  
chus cautissima sollicitudine agere debet, per gladium Dei  
secantē à dextris & sinistris, vt medium iter pateat ad incep-  
endum per viam regiam mandatorum Dei.

**T**Quemadmodum sermo temperandus. CAP. VIII.

**A**temperandus sermo quoad eius fieri potest pro audi-  
toriū captu. Alij siquidem acri ingenio ac iudicio  
sunt, alijs hebetes animo ac rudi Minerua prædicti, qui-  
dam attenti, quidam verò desides: hi recte ac sincerè instituti,  
illi seducti ac decepti. Discretione ergo maxima opus est.  
Bre

quam difficile  
sit predica-  
re uerbu de-

Breueriter, nemo erit concionator absolutus, cui præter vitam exemplarem non adsint omnia quæ sequuntur: nempe, cognitio scripturarum vtriusq; Testamenti, ingenium velox, solers atq; versatile, eloquentia vehemens, suadibilis & suavis, neq; interim minus temperata quam copiosa, prudentia rerum ac personarum docendarū, experiētia multiplex, immobilis constantia. Deniq; spiritus, qui si deerit, reliquis donis parū proficerit. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Quomodo enim ad æternarum rerum desideria alios accendet, qui ipse totus languet ac frigeret? nondū spiritu concepto, qui ex Deo est, quē & ipse Deus dat bonum petentibus se. En quā arduū est cōcionandi nūnus? Nec tam en propterea diffidentia (quæ plerunq; multos auertit) deserendum. Ad euangelizandum missi sunt parochi. Vae ergo illis, si non euangelizauerint. Si quis autem eo-  
rum sapientia indiget, scrutetur scripturas, & postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei.

*Noteate Par  
c3i.*

**T**Quid cauendum inter concionandum. C A P. I X.  
**C**uebit autem modis omnibus, ne lubricus in docendo sit, huc illucq; effluens. Et in primis, ne vento do-  
ctrinarum ab ecclesia catholica non receptarū, veluti nubes sine aqua circumferatur, sed formam habebit sanorum verborum ab ecclesiæ (quæ columna veritatis est) instituto nichil discrepantiū. Tu (inquit Paulus ad Titum) loquere, quæ decent sanam doctrinam, verbum sanum, & irreprehensibile.

**T**Nihil aut fabulosum aut suspectum adserendum. C A P. X.

*Predicatori*

**I**Neptas autē & aniles fabulas deuitabit, qualia nuper erant, quæ ex nullis probatis authoribus, sed potius suspectissimis obscurorū hominum cōmentis adferebantur exépla. Olim verò genealogiaz interminataz, quod ad pietatē illanihil fecerint. Exercebit autē seipsum ad pietatē, quod corporalis exercitatio ad modicum vtilis sit: Pietas autem ad omnia vtilis, promissionem habens vitæ, quæ nūc est & futuræ.

**T**Loquacitas uitanda. C A P. XI.

**N**Eque minus euitabit prophana & vaniloquia, hoc est, futilem & inanem loquacitatem, qua nonnulli rationationibus humanis falsam scientiæ opinionem sibi venantur. Sic enim suum compellat Timotheum Paulus: O

**1. Timo.6** Timothee, depositum serua, deuitans prophanas vocum nouitates & oppositiones falsi nominis scientia, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt.

**¶** Quemadmodum parochum aduersus haereticos pugnare oporteat. C A P . X I I .

**1. Petr.3** **P** Aratos nos esse vult Apostolus Petrus ad satisfactionem Omni poscenti nos ratione de ea qua in nobis est spe & fide, sed cum modestia & timore. Neq; ergo doceat, neq; intendat his parochus, qua questiones magis praestant quam edificationem, qua ex charitate. j. Timoth. j. Et iterum ij. Timoth. iij. & iiij. Paulus ait : Stultas & sine disciplina quaestiones & pugnas legis respue, sciens quia generant lites. Seruum autem Domini non oportet litigare. Proindeq; ubi cum haereticis res est, corripiet quidem eos cum modestia qui resistunt veritati, ne quando Deus det illis penitentiā ad cognoscendā veritatem, & resipiscant, à diaboli laqueis, à quo tenentur captivi ad ipsius voluntatem. Quod si nou profecerit, haereticum hominem post unā & secundam correptionem, deuitet, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est & delinquit, quū sit pro-

**.2. Timo.2** prio iudicio condemnatus. Nequaquam autem ad populuni

**1. Corin.5** verbis contendat, ad nihil enim utile est, nisi ad subuersione audientium, memor apostolici sermonis, quo reiiciuntur omnes, qui scissuram querunt. Si quis enim vult contentiosus esse, nos talern consuetudinem non habemus, neq; ecclesia Dei.

**¶** **A** lsommatis & cōuitijs abstinendum. C A P . X I I I .  
**I**nter concionandum ergo alsommatis, maledictis ac coniutijs omnino abstinendum est. Prædicetur purè ac sincerè Dei verbum, iuxta ecclesiasticam traditionem, & patrum ab ecclesia catholica approbatorum interpretationem. Quæ vero iu contentionem vel disceptationem reuocari possunt, penitus sileantur, quemadmodum quoque pragmatica Augusten. sanctione cautum est.

Prag. Au  
gustana.

**¶** In contentiosis dogmatibus, quomodo docendus populus sapere. C A P . X I V .

**I**n controueris autem & contentiosis, obscurisq; dogmatibus qua sacris volunūib; vel vniuersali ecclesiæ cōsen- su expressim decisa nonsunt, populus priuatim (maxime cum exomologesi se purgat, modò grauatam conscientiam in hoc habeat) ita docendus est sapere, atq; hac cautione profiteri

fiteri de his se credere, sicut credit ecclesia. Hoc enim tutius,  
quām astieuerare, de quo dubites, aut quod non intelligas.

**¶ Qualem oporteat esse parochum in reprehendendis criminibus.** C A P. X V.

**E**RIT QUOQ; PAROCHUS IN REPREHENDENDIS CRIMINIBUS VEHEMENS ATQUE ACER. CONSTITUTUS EST ENIM VT ANNUNTIET PO-PULO SCELERA EORUM, SIC TAMEN, VT IN SUGGESTO VITIA TAN-TUM REPREHENDAT, NON PERSONAS NOMINATIM PERSTRINGAT. AR-gue (inquit apostolus) increpa, obsecra in omni patientia & doctrina. Vbi persona arguenda, denuntiatione euangelica vtēdum. Si peccauerit in te frater tuus (iuruit Christus) vade & corripe eum inter te & ipsum solum. Quōd si te audierit, lu-cratus eris fratrem tuum. Quōd si non te audierit, adhibe tecum adhuc vnum aut duos, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quōd si eos nō audierit, dic ecclesiæ: quōd si ecclesiæ nō audicrit, ut tibi sicut ethnicus & publicanus. Sic Paulus Corinthiū respicere nolétem excōmunicauit. Et hic **C**orin. 5. iterū Christi doctrina & exemplū sequendū, vt benevolētia seueritatē vincat, vt paratus sit parochus dimittere peccanti non modo septies, sed & septuagies septies. Et cum Christo Matth. 18. paratior sit ad absoluendū adulterā, ad frugem melioris vitæ Ioann. 8. revertentē, quām ad condemnandū. Quemadmodum Paulus quoque in gratiam recepit Corinthium illum pœnitentem. **2. Corin. 2.**

**¶ Manifesta reprehensio utriusque potestatis uitanda** C A P. XVI.

**V**ITANDA QUOQ; MANIFESTA REPREHENSIO VTRIUSQ; POTESTATIS, tam ecclesiasticæ quām ciuilis. Neq; inuchendū in ordinem aliquem aut aliquid ab ecclesia receptum viuendi genus. Omnis enim potestas à Deo est, & propterea eatenus honoranda, non incessēndā. Sequenda præcursoris dominici doctrina & exemplū, qui ne milites quidē à se repulit, aut vlla contumelia affecit, sed magis viam rectè viuendi ostēdit. Per eiusmodi enim incautam reprehensionem plebs ad seditionem magis ac rebellionem incitatur. Hanc murmur, odium, impatientia, contumacia, protervia, & detractionis libido comitantur: quin potius docendus populus est obedire magistratibus, parere præpositis suis, etia discolis: ac interim admonēdus est, vt sint magistratus interdum vitioli, id euenire, 1. Pet. 2. Iob. 4. Prover. 28. **E**saiæ 3.

Rom. 13. peccata populi. Omnem animam potestatis sublimioribus subditam esse. Quodque omnis potestas à deo sit: quod deniq; qui potestati resistit, Dei ordinationi resistat: nisi tamen potestas expressim præcipiat, quod est contra mandatum Dei: tum enim oportet plus obedire Deo quam hominibus.

Aðo. 5. ¶ Quomodo corripiendi magistratus. CAP. XVII.

¶ In corripiendis vero magistratibus, correctioni quoq; fraternali locus est, quemadmodum Ioannes reprehendit Herodem. Sic enim legimus: Dicebat enim Ioannes Herodi, Marci 6. non populo: Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Quasi nihil promoueas, postulanda & expectanda prouisio praetitorum ac majorum magistratum est: qui si dissimulat, etiam consultum magis, ut ultio remittatur ad Deum, quam ut tantum scandalum inde deterius subsequatur.

¶ Admonendus populus, ut oret pro magistratibus. CAP. XVIII.

¶ E stautem populus frequenter in concionibus, post conciones vero semper diligètissime cōmonedus, ut Deum i. Timot. 2. Opt. Max. pro potestatis deprecetur. Volo (inquit genitium magister Paulus) ut fiant omnium primū obsecrations, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. Hoc enim bonum est & acceptum coram saluatori nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

¶ Notantur qui secus docent. CAP. XIX.

i. Timot. 6. ¶ S inii nostri Iesu Christi, & ei, quæ secundum pietatem est, doctrinæ, superbus est, nihil sciens, sed lagunes circa quæstiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidia, contentiones, blasphemiae, suspicione malæ, conflictationes hominum corruptorum, & qui à veritate priuati sunt, existimantium quæstum esse pietatem.

¶ Summa doctrinæ Christianæ in Enchiridion contrahenda. CAP. XX.

Ex cōcili. Aphri. Prag. Augustana. ¶ Orrò secundum eū angelicam atq; apostolicam doctrinam (quibus decreta patrum ac Conciliorum, denique pragmatica sanctio Augustana merito accedunt) in eccllesia

clesia Dei sola canonica scriptura ac diuina eloquia secūdum ecclesiasticam interpretationem sanctorum patrū ac doctōrum, & recitari & prædicari debeat, non abs re videbitur parochis summam Biblorum paucissimis præscribere, ne alicubi, dum scripture metas nesciunt, impingant.

**T**Enchiridion quæ docebit. CAP. XXI.

**E**t cum præcipue ipsis incumbat, ut plebem erudiant in præceptis decalogi, articulis fidei, qui symbolo apostoli-co recensentur, ac ecclesiæ sacramētis simul cum explicatione orationis dominicæ, (Hic est enim inchoationis Christi sermo quo iacit fundatum, ab operibus mortuis & Heb. 2. fidei in Deū) idcirco ut imperitoribus consulatur, quoddam Enchiridiō dabimus, in quo brevissimè hæc omnia secūdum sanam & ecclesiasticam doctrinam exponentur, simul & loci quidam cōmunes ad omnes omniū hominū cōstumes ac ordines cōmonitorij inserētur. Veneratio quoq; sanctorum ac reliquiarum. Deniq; quatenus imaginibus ac picturis vtendum, docebitur. Nec interim quid sibi ecclesiasticæ ceremoniæ, præsertim illæ pīæ ac antiquissimæ velint, & quò conductant, in eodem libello declarare omittemus, idq; succinctissimè.

**T**Ordo concionandi quem simpliciores sequentur. CAP. XXII.

**S**impliciores ac minus erudití cōcionatores, festis quibus- que diebus cōcione in nomine sanctissimæ trinitatis cum doctr. Chrl imprecatione gratiæ Dei (uempe vt dominus suum spiri-tu-m verbo addere dignetur) cœpta, initio ambas lectiones, quæ Epistola ac Euāgeliū Missæ eius diei appellātur, ad verbum denarrabūt. Deinde post imploratā diuini numinis clementiā, regrediantur ad vtriusq; lectionis breuē dilucidationem, locos aliquot cōmunes ex vtraq; deligētes, quibus populus ad vitæ pietatē charitatemque Dei ac proximi inflāmetur. Denuntiabit quoq; quid ecclesia Dei eo die potissimū deum oret ac precetur, quod in precationibus seu collectis, quæ post canticum Kyrie eleyson, aut Gloria in excelsis, dicūtur, continentur: ac hortabuntur populum, vt idem pariter interea dum sacra aguntur, deum oret, si non verbotenus, mente tamen.

**S**anctorū historiæ quatenus attingēdæ. C. XXIII.

**S**anctorum historijs ne nimis diu immorentur: quin posterior pars (vti iam diximus) Euangelio detur & Epistolæ

explicandis. Quod si fabulosa videbitur historia, ne attingat quidem: si veritabilis, leniter, eaq; decerpatur que imitanda videantur. Miracula quoq; ne impudentius iactentur, nisi que scripturis prodita, aut à non leibus scriptoribus summa cura historiæ fide tradita fuerint.

**T**Allegoriæ quomodo explicandæ. C A P . X X I I I I .

**S**i quas allegorias aut sensus scripturæ reconditiores, spiritualia spiritualibus conferentes adferre velint, has ex receptis ecclesiæ doctribus, veluti Ambrosio, Hieronymo, Augustino, Chrysostomo, ac similibus comprobatis auctoribus desument.

**T**Quomodo finienda concio. C A P . X X V .

**N**ota **V**bi ad calcem concionis deuentum erit, breui epilogo, quo argumentum ac capita totius concionis renarret, vtatur. Id enim ad captum ac fulciendam memoriam auditorum plurimum fecerit.

**T**Quid recitandum finita concione. C A P . X X V I .

**D**ebet quoq; finita cōcione, decalogus, ac symbolum fidei & succinctè & exerte recitari. Illa quoq; exomologesis ac publica peccatorū confessio cum imploratione misericordia Dei, purè ac distinctè pronuntiari, ac moneri populus, ut eisdé verbis sacerdotē pronuntiantē subsequatur: ac deinde recēleri cololatoria imprecatio remissionis peccatorū, ut populus deiecto, contrito, humiliato animo ac toto corde, cum presbytero accingatur ad mysterium redemptionis suę (quod in altari tractatur) contemplandum, fructumq; dominicæ passionis, que in altaris mysterio commemoratur, repræsentaturque, participanduni.

**T**Quomodo finita concione populus excitandus ad orandum pro defunctis. C A P . X X V I I .

**C**um multum plerunq; temporis paruo cum fructu teratur in recensendis singulatim defunctorum nominibus, vbi viritim pro quolibet exigitur una oratio dominica, idq; interdum non citra suspicionem vel quæstus vel ambitionis fiat: nobis potius videbitur, ut populus ad cōmitem pro defunctis orationem pię ac deuotè dicendam accendatur, & hæ genealogiæ intermittantur. Super qua re tamen, quod ad morem ciuitatis nostræ Colonien. attinet, & cum paucis & cum senatulatins agere non omittemus.

DE ADMINISTRATIONE S A-  
cramentorum. CAP. I.



ECCLESIAE catholicæ vñsus septem mysteria (quæ sacramenta appellantur) obseruat, veluti septem quædam parata remedia, per quæ Dco vi- sum est peccatis nostris mederi, ac nobis gratia suæ salutaris medicinā (diuersa tamē ratione) infundere: quæ sunt, baptismus, cōfirmatio, eucharistia, pœnitentia, extrema vñctio, ordo, & matrimoniu. Quæ cur à Chri sto & ecclesia instituta sint, & à veteribus sacramenta peculia riter appellata, deinde quæ illorum sit per gratiam Dei efficacia & virtus, nunc non est dicendi locus. Tantum admonebi mus in præsentia parochum, quæ illum circa dispensationem singulorum obseruare conueniat.

**T** Instruendus populus, quid agatur in cuiuslibet sacramenti exhibitione. C A P. II.

**Q** Via igitur in sacramentis aliud videtur atque aliud a Aug. in li. igitur, instruendus est populus in cuiuslibet exhibitio de doctri ne, quid in eiusmodi religioso arcano, (id enim sa cramentum sonat) agatur. Cum enim in sacramentis istis per signa quædam sensibilia infundatur insensibilis gratia, congruens externis signis, excitanda est fidelium fides & deuotio in Deum, vt credentes ac diuinum mysterium intelligentes, ad Dei ac saluatoris nostri Iesu Christi participandam gratiam accedant. Quod fiet, cum parochus sub administrationem cuiuslibet sacramenti, sacra concione populum breuiter admouerit quid in ea re agatur.

**T** Quid agatur in baptismo. *legit. cap. III.*

**E**t ut de facto baptismo exordium capiamus, docendus est populus, quod illic aboleatur vetus homo, remissio Galat. 5 omni peccato, atque nouus exoriatur ab omni labe pur gatus per fidem in Christum, quod illic qui baptizatur, laue Tit. 3 tur lauacro regenerationis & renouationis Spiritus sancti in Roma. 9 sanguine Christi pro nobis effuso, quod illic veterem Adam exuimus, ac vicissim Christum induimus, consepulti cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vite ambulemus, quemadmodum hæc Enchiridion latius edocebit.

**T** Cuius

**T**Cuius sunt admonendi susceptores infantis.

CAPVT IIII.

**S**Vceptores infantis (patrini qui dicuntur) meritò admonentur, quod ipsi sint, qui ecclesiae nomine, & in ecclesiæ fide Christo paruulos offerant per baptismum, ac se prope omnia de modum pro parvulis fideiustores cōstituant, nomine paruuli cōse. dis. 4 respondentes: quem etiam postquam adoleuerit, symbolum simul & orationem dominicam edocere, atque vitam Christo ac professione in baptismo facta dignam perpetuo agere, saltē ubi id necessitas poscere videbitur, cohortari non omit- tēt: proindeq; malum illos deligi prouectæ artatis, quam im puberis, ne videatur infans infantem offerre, ac sponorem se Deo pro alio constituere, qui quod promittit, non intelligat: ideoque multo minus quod non intelligit, docere queat.

**T**Populus docendus, quid uel int externa signa. CAP. V.

**P**Reterea decebunt populum, quid sit, quod catechize- tur baptizandis, quid reliqua solennia, quæ ecclesia ad- hiberi voluit, signent: videlicet, Cur insuffletur in facie baptizandi, cur signum crucis & in pectore & in fronte fiat, cur sal in os detur, cur aures & nares sputo attingantur, lini- anturq; cur inunctio in pectore & scapulis fiat, & cur post ba- ptismi tinctio in vertice. Denique, quid significet ami- & tus albus, quo infans seu alius baptizatus superinduitur, quæ omnia sunt mysteriorum plena, quemadmodum Enchiridion declarabit.

**T**Quomodo accedendum ab baptismum. CAP. VI.

1. Cor. 14.

**C**Vm beatissimus Apostolus in ecclesia omnia honeste atque secundum ordinem fieri iubeat, debebit bapti- mus summa mentis in Deum & in sacramenta quæ au- guntur mysteria intentione & dari & accipi. Quare quicquid hinc susceptores seu alios astantes auctorat, procul tollendum est. Accedatur itaque deposito omni fastu, humili spiritu, ac recta in Deum fiducia, quemadmodum accesserunt qui Iesu parvulos obtulerūt ut manus eis imponeret. Nam hic renun- tiatur Satanae, omnibus operibus atq; omnibus pompis eius. conueniaturq; ante inter patrinos de nomine infantis, ut potius in baptismo ipso cogitetur de lucranda anima Christo, quam de retinendo nomine.

**T**Bapt

Matth. 19.

**T**Baptismus in facie ecclesiæ peragendus. C.A.P. VII.

**M**Agna certe ratione ecclesiasticis patribus visum est, vt baptismus in conspectu ecclesiæ in loco sacro recipiat, nisi tamen imminens necessitas fieri aliud suaferset. Quamobré displicet nobis quod quidam fastuosi templū domini despicientes, ambiūt magis suos infantes in domibus priuatim baptizari. Quod deinceps, nisi necessitas id ipsum exegerit, & cause cognitio præcesserit, indulgeri nolumus.

**T**In confirmationis exhibitione quid dendum. C.A.P. VII.

**I**Tidem dum sacramentum confirmationis confertur, doce bunt Vicarij nostri in pontificalibus, quid agatur, nempe quod illic ambiatur gratia spiritus sancti, qua confirmatur tyro aduersus Satanæ tentationes, robaturq; vt qnod cor-de credit ad iustitiam, ore quoque palam confiteatur ad salutem. Quamobrem eo cōmuni ri solet ætas tenera, quæ ad nequitiam proclivior est quam ad pietatem, vt ea proclivitas minuatur, docilitasq; ad pietatē augcatur. Omnes fideles (inquit Ex canon. Vrbanus pontifex Romanus) per manus impositionē episco-porum, Spiritum sanctum post baptismum accipere debent, vt pleni Christiani inueniātur: quia cum Spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & constantiam roboratur. De Spiritu sancto accepimus, vt efficiamur spirituales, quia t. Corin. 2 animalis homo nō percipit ea quæ sunt spiritus Dei. De spiri-tu sancto accepimus, vt sapiamus inter bonū malumq; discerne-re, iura diligere, iniusta respuere, vt malitiæ ac superbiæ repugnemus, vt luxuriæ & diuersis illecebris ac foedis indignisq; cupiditatibus resistamus. De spiritu sancto accepimus, vt amore vitiæ & gloriæ ardore succensi, erigere à terrenis mētem ad superna & diuina valeamus. Sed de hoc alibi latius.

**T**Quomodo ad sacramentum confirmationis accedendum sit. C.A.P. IX.

**A**N expediat imitar consuetudinem, qua obseruatur, vt Ex concil. nedium adultis, sed & infantibus detur cōfirmatio, idq; Aurelian. praxis, hic non diffinimus: quanquam quod Aurelia-nen. Concilio sancitum est, nobis magis placuerit, videlicet, vt ieuniū ad cōfirmationē veniant perfectæ ætatis, vt moneantur confessionem sacramentalē facere priusquam accesserint, quo mundi, donum Spiritus sancti mereantur accipere. Cum enim crismondi dn accedere ie ni, & confessi si nō fuerit p nuli.

enim hoc sacramentū non sit necessitatis absolutē, conuenientius & vtilius dabitur, si addatur admonitiūcula. At autem quod infans supra septimū ætatis annum progressus fuerit, parum aut nihil horū quæ agūt intelliget, ne dicamus, mēminerit.

**T**Cuius sint admonendi susceptores confirmati. C A P . x .

Gerson.

**Q**uemadmodum in Baptismo susceptores sunt, ita hic qui confirmandū præsentat ac coram Episcopo sicut sunt, idque non admodum diuersa ratione, niū quod quidam etiā dicūt, decens esse, vt qui nondū aduersus carnis, mundi, ac Satanæ tentationes roborati sunt, per confirmatos iam dudū atq; exercitatos sensus habentes (quib. fides cōfirmandi cognata atque explorata sit) Episcopo præsentetur. Quam obrem quoq; admonendi sunt isti officij sui, curandumq; , ut tanti sacramenti perceptio dignè ac reuerenter peragatur, quemadmodum in primitiuā ecclesia obseruatū legimus.

**T**De moderandis donarijs, quæ susceptores infantibus donant. C A P . x i .

**Q**Vibusdam in locis, ambitionis magis, quam pietatis causa, dum vtrunq;, tam baptismi quam cōfirmationis sacramentū peragitur, hi qui patrini dicuntur, certant, vt alter alterū donarij pretio (quo suscepti ac præsentati pueri donātur) vincant. Præterea itur statim, maximè post baptismum, ad comediationes, cū tum maximè comeditionibus esset abstinentia. Qua de re admonendus est populus, ut quæ digna sunt his sacramentis tantū current. Cætera aut moderentur, aut penitus tollant. Nam non offenderimus deū gratias, quam cū illius sanctissima mysteria indignè tractamus.

**T**Docendus populus de signis externis. C A P . x i i .

**D**Ocebbit præterea parochus populum, quid signet christma, & cur ex oleo olinæ ac balsamo cōficiatur, quemadmodum docebit Enchiridion.

**T**De sacrosancta Eucharistia. C A P . x i i i .

**E**Vcharistia, vnicum illud piarum mentium solatium ac delicium, hac deploratissima tempestate execrada in insania ac abominabili prophanatione hæreticorum de re tanta quodlibet coininiscentium plerisq; , quodammodo in nauseam vertitur, adeò ut (quod dolentes referimus) multi nunc sint, qui non tantum hunc panem vita, qui de celo descendit,

Ioan. 6

scendit, accipere non desiderent & auersentur, homines solo nomine Christiani, re ipsa vero Capernaitis ipsis deteriores, etiam quos post acceptam notitiam veritatis, voluntariè in filium Dei peccantes, ac corpori dominico & sanguini corum inferentes, terribilis quedam expectatio iudicij, & ignis Hebr. 10 æmulatio (quæ consumptura est aduersarios) manet.

**T**Quid docendus populus in huius sacramenti ministratiōne. CAP. X I I I.

**D**ocendus est itaq; populus Christianus certissima fide credere, quod in hoc sacramento sit verum corpus & verus sanguis Christi Iesu. Neq; enim veritas metitur, quæ apud Matthæum, Marcum & Lucam hoc sacramentū in stituens ac porrigenſ, simplicissimē dixit: Accipite & comedite hoc est corpus meū quod pro vobis tradetur. **Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.** Hoc facite in meān com memoratiōnem. Sic docet Paulus Apostolus: Calix benedictionis cui benedicimus, nōnne cōmunicatio sanguinis Christi est? Et panis quem frangimus, nōnne participatio corporis domini est? Vnde consequitur in Eucharistia totum esse Christū, quanquam ibi sit sub ratione cibi & potus. Qui enim tradidit verum corpus & sanguinem, haud dubiè tradidit vinum. Quare si credimus in sepulchro diuinam naturam non fuisse separatam ab exanimi corpore, quanto magis credemus eam à viuo corpore non esse separatam in sacramento?

**T**Quibus persuasum est utraque specie laicū participare oportere, quomodo docendi. CAP. XV.

**V**i sunt, quibus contra ecclesiā consuetudinem persuasum est, oportere laicos participare corpus & sanguinem domini sub utraque specie, ibi docebit parochus hos, qui grauata m habent conscientiam, corpus & sanguinem domini in altera tantū specie perfectè confūtere, adeò ut laicus, qui sub specie panis cōmunicat, non tantum corpus, sed & sanguinem domini nō minus recipiat, quānq; qui capit sub utraq; specie & panis & vini. Eccleiam quoq; laicis vnam tantū spe- Ex concil. ciem dare, quod pro reuerentia ipsius sacramenti & salute fi- Constant. delium, ecclesia (cui dispensatio sacramentorū Dei cōmissa est) sic videtur expedire. Nam quī nullatenus ambigendū sit, sub specie panis non tantū carnem, nec sub specie vni sanguinem tantum,

tantum, sed sub qualibet specie totum Christum cōtineri, cur  
**Matth. 19.** se laicus iudicio ecclesiæ, quam dominus audiri voluit, non  
 submittet? quæ nō temerè, sed multis rationibus permota, de-  
 creuit salubrius esse, vt non tantum populus, sed & sacerdotes  
 non sacrificantes, Christum sub vna tantum specie, quām sub  
**Ambr. de** duabus perciperēt. Quid enim panis vniq; species aliud sunt  
**sacra. c. re** post consecrationem, quām species sacramentales & acciden-  
**vera . de** tia sine subiecto? vt non habeat laicus cur queratur sibi alte-  
**cōse. disiz.** rani subtrahi speciem, vbi totum quod sub vtraque specie con-  
 tinetur, integrè accipiat. De qua re alibi latius dicetur.

**¶ De ueneratione sacrosanctæ Eucharistie.**

CAP. XVII.

**Hono. iii.** T quoniam in hoc sacramento Christus continetur, co-  
**c. fane. de** hortandus est populus, vt ad hæc mysteria cōtremiscens,  
**cel. missa.** Ex cōcil. E quum in celebratione missiarum eleuatur hostia salta-  
 Mogūt. c. ris, se reuerenter inclinet, corporeq; humi fuso, mente adoret  
**presby. de** crucifixum, facturus idem, qui un presbyter defert ad infirmum  
**cōf. dist. 2** Eucharistiam, quam ob id paratam semper habere debet, vt  
 quando quis infirmatus fuerit, statim eum communicet, ne si-  
**In c. fane.** ne communione decedat. Quod faciens decenti habitu indu-  
 tus, hanc salutarem hostiam palam ac honorificè ante peccatis  
 cum omni reuerentia & timore ferat & referat lumine seniper  
 præcedente, vt signo populus intelligat, illic eum esse presen-  
 tem, qui est candor lucis æternæ. Hæc deniq; sacrosancta ho-  
 stia reponatur semper in loco singulari, mundo & signato, ho-  
 norificèq; collocata, deuotè ac fideliter conseruetur.

**¶ Quomodo tantum miraculum in hoc sacra-  
 mento fiat, populus docendus.** CAP. XVIII.

**D**ocendus item est populus, quod tantum miraculum  
 in hoc sacramento virtute Christi fiat, non ex merito  
 sacerdotis, quod & in cæteris sacramétis obtinet. Nam  
 intra sanctam ecclesiæ in catholicâ in mysterio corporis Chri-  
 sti, nihil à bono mains, nihil à malo minns, perficitur sacer-  
 dote: quia non in merito cousecrantis, sed in verbo efficitur  
 creatoris, & in virtute Spiritus sancti. Si enim in merito esset  
 sacerdotis, nequaquam ad Christum pertinaret. Nunc autem  
 sicut ipse est qui baptizat, ita ipse est qui per Spiritum sanctum  
 hanc suam efficit carnem, & transit vinum in sanguinem. Sed  
 hoc tantum interest, quod malus sacerdos sibi tantum nocet, in-  
 dignè

M  
ota

dignè tanta mysteria tractans. Nam quod ad veritatem corporis dominici attinet, ita percipit hic, cui dicit Apostolus: Qui manducat indignè, iudicium sibi manducat, sicut is, cui 1. Cor. 11. dicitur: Qui manducat meam carnem, & babit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Ioan. 6.

**T**Quomodo admonenda plebs, ad sumendam Eucharistiam accedens. CAP. XVIII.

**P**raeterea instituenda plebs est, quomodo Eucharistia sumenda sit. Et in primis admonenda, quām graue crimens sit, ad tanti sacramenti participationem indigne accedere. Nam Apostolus ait: Quicunque manducauerit panem hunc, & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis. Et iterum hanc horredam sententiam congeminans: Qui (inquit) manducat & bibt indignè, iudicium sibi manducat & babit, non dijudicās corpus Domini. Ideoq; (vti subiicit) multi inter vos iuſfirimi, & iubecilles sunt, & dormiunt multi. Quod si nosipos dijudicaremus, non vtique iudicaremur.

**T**Qui ad hoc sacramentum participandum admittendi. CAP. XIX.

**P**roinde nemo admittendus est, nisi cuius conscientia pro eo sit, aut cui potestas super hac re legitimè facta est, per exomologos explorata, & qui pœnitenti ac cōtrito corde corpus Domini dijudicans accesserit, quod iubet Apostolus, quū ait: Probet auctēn semetipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat; ne cum Iuda, qui cœnæ dominicæ ad iudicium iuterfuit, locum diabolo præbeat. Mens ergo ab omni affectu peccandi, longè absit. Nam si adhuc habebet voluntatem peccandi, grauatur magis Eucharistia per ceptione, quām purificatur. At contrà, quamvis quis peccato mordeatur, si tamen pœniteat, & de cætero peccandi voluntatem nullam habeat, confidens de Domini miseratione, accedit ad Eucharistiam intrepidus & securus.

**T**Quatenus alteri quam suo parocho confessus, ad Eucharistiam admittendus. CAP. XX.

**Q**ui alteri quam suo parocho confessus est, is si nō factæ confessionis suspectus habeatur, testimonium adferet se confessum esse, cuius etiam conscientiam verus ipse parochus in principalibus Christianismi articulis excutere

non omittet. Ac generatim singuli parochiani rudiores, anno saltem semel quum adibunt mensam dominicā, examinati prius in præceptis domini, articulis fidei, oratione dominica, ac ecclesiæ sacramentis, maximè baptismi & Eucharistiae.

¶ Intra annum saltem semel communicandum.

CAP. XXI.

**E**T cohortandus est populus, quo sæpenumero com-  
municet, quemadmodum olim singulis diebus domini-  
cis fieri consuevit (quod quidem nunc quo minus fiat,  
per laicos stat, quibus non debet cœlestis ille cibus inuitis aut  
& remissis nauseantibus obtrandi) ita ad minimum populus ipse in disci-  
plina ecclesiastica retinendus est, ut saltem tuto anno semel ab  
omnibus qui ad discretionis annos peruenissent, confessis &  
contritis, Eucharistia summa cum reuerentia suscipiatur.

**E**x cōcil. Tolet. & Eliber. d-  
cōscra-  
dist. 2. om-  
nis homi-  
nus Olim qui nō cōmunicallent in anno salte ter, in Paschalivide  
licet, Petre Colte, & Natali domini, inter fideles catholicos non  
communieabantur. sed qui sensim omnis penè refixerit chari-  
tas, in hoc quoq; ecclesiastica disciplina cōpet esse remissior.  
¶ Quorum admoneri populus hoc sacramentū  
participatur maxime debeat. CAP. XXII.

**Aug. c.ti-  
morem.de  
cōsecr.di-  
stin. 2.** **M**nium autem maximè instruendus est populus, ut re-  
sta fide accedat, sermoni domini firmiter credens, quo  
nos edocet C H R I S T V S, dicēs: Hoc est corpus meum  
quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meā commemora-  
tionem. Quib[us] verbis & veritatē sui corporis astruit, & creden-  
tibus, dignéque suscipientibus, remissionem peccatorū pro-  
mittit, iubens ut hoc faciamus in suam commemorationem.  
Porro anima qnae fidem habet, & eiusmodi C H R I S T I verbis  
credit, in memoriā C H R I S T I sacramentum edit, quum se-  
cum recogitat, quemadmodum vnigenitus filius Dei, ob per-  
ditum hominem Deo patri reconciliandum, & delendum  
quod contra nos scriptum erat, chirographum, de cœlo de-  
scederit, semetipsum exinanierit ac humiliauerit, factus obe-  
diens patri vsque ad mortem, mortem autem crucis. In quo  
maxima erga nos Dei charitas commendatur, qui vnico fi-  
lio suo non pepercit, sed pro omnibus nobis à peccati & sata-  
næ vinculis redimendis, tradidit illum. Talem ergo fidem &  
affetū Deo suggestente præparare debet in animo suo is, qui  
Eucharistiam percipit.

¶ Docen

**T**Docendus quoque, cur hoc sacramentum sub specie panis & uini institutum sit. CAP. XXIIII.

**N**Eque interim negligendum, sed perpetuo inculcandum Aug. in sererit, hoc sacramentum corporis & sanguinis domini. <sup>mo. de dedicatione eccl.</sup> ci, sub specie panis & vini institutum esse, ut praeter veritatē corporis & sanguinis (quæ in eo cōtinetur & recipitur) quoddam etiā eximium signum mutuae dilectionis & charitatis excitandæ in nobis foret, quemadmodū diuus Paulus inquit: Quoniam v nus panis & vnum corpus multi sumus, qui <sup>i. Cor. 10.</sup> de uno pane & de uno calice participamus. **Q**uomobrem ab huius conuiuij spirituali participatione longe absunt, qui inuidiæ vel odij veneno infecti, aut iracudicæ furore repletifuerint. Monendi itaque sunt qui communicare desiderant, unde deposita omni similitate, diligent alterutrum, vt in vniuers corporis membra, ut nonsit schisma in corpore, sed in idipsum prouinicum solicita sint membra.

**T**Quomodo singulis dominicis diebus plebs ad audiendam Missam se præparabit. CAP. XXIIII.

**D**Ocendus quoq; populus, ut qui iuxta antiquum ecclesiæ ritum singulis dominicis diebus ad communianandi corpori & sanguini dominico non se præparat, Missæ saltem parochiali, hisce, alijsq; festis diebus intersit, ut tametsi inter sacrificantē & assistentes non sit (more illo antiquo) tam frequens sacramentalis cōmunio, sit saltem sacræ doctrinæ, piz exhortationis, precationis, laudis, & gratiarum actionis communio, ut sic quodammodo omnes spiritualiter communicent, cum desiderio etiam sacramentaliter cōmunicandi. Neverò populus ab hac Missa parochiali, & ab auditio c. & hoc at ne verbi Dei distrahatur, placuerit nobis, ut si quæ sint alia <sup>tendendū.</sup> Missæ legendæ die dominico, hæ inchoentur primū post verbi prædicationem finitam, quemadmodū latius in visitatione Ex cōcilii secundum diuersorum locorum mores ordinare studebimus. Carth. c. sacerdoti. de consecr. dist. 1.

**T**Docendus populus generatim, quid agatur in Missa. CAP. XXV.

**D**Ocendus populus generatim, quid agatur in Missa, & quibus partibus constet. Constat siquidem psalmodia, quæ vocamus introitū, inuocatione et gloria cœlebratione sanctissimæ trinitatis, quæ in canticis Kyrie eleysou, &, Gloria in excelsis Deo, peraguntur, precatione seu collecta: re-

citatione verborū propheticorum aut apostolicorum, quam vocamus Epistolam: sacris Canticis, quæ vocamus Gradua-  
lia & Alleluia, & quæ sequuntur, lectione Euangeliæ, synbo-  
li recitatione, seu professione fidei catholice, cantico quod non sine mysterio Offertoriū appellatum est: Gratiarū actio-  
ne, quæ dicta est Præfatio, religiosa cōmemoratione mortis,  
consecrationeque corporis & sanguinis dominici, quæ fit in Canone. Rursus, precationibus, inter quas est precatio domi-  
nica: sequitur osculum pacis, symbolum Christianæ charita-  
tis, mox Cōmuniono. Rursus sacrū canticum, quod cōmune ap-  
pellatur, & precatio. Postremo loco, sacerdos torū populum velut in suā tutelam receptū, Deo benedictione tradit, atque commēdat, ut perseveret in affectu pietatis, mutuaq; charitate. quorū quū admonetur populus, incipiet nedū credere, sed & sentire, quod in Missa nihil non sit pium ac venerandum.

**T**Corripiēdus abusus eorum, qui ante finitā Mis-  
sam irreuerenter discedunt. CAP. XXVI.

Ex cōcil.

Agathen.

c. vñssas.

de cōsecr.

distin. 5. &

c. sequen-

Cypria. c.

quādo au-

tem. de cō-

sec. dist. j.

Cap. om-

nēs indeles.

de consec.

vñssas. i.

**C**orripiendus verò abusus est, quod quidam post asper-  
sam aqua, m& ante Missæ introitum exitum faciunt:  
quidam post auditum, & non intellectum Euangelium  
abeūt; alij q; posteaquam sacerdos dixit, Sursus corda, & Gra-  
tias agamus. Atqui tum præcipue populi partes erāt, quando  
submissius legēte aut tacēte sacerdote, quisq; cum Deo loqui-  
tur. Deniq; alij statim post eleuationē corporis & sanguinis  
dominici non expectantes præcipiam Missæ partem, quæ est  
communio. Antiquissimus ergo Canon populo rememoran-  
dus est, qui sic habet: Omnes fideles qui in solennitatibus  
sacris ad ecclesiam conueniunt, & scripturas Apostolorū &  
Euangelium audiant. Qui autem uon perseverat in oratione  
vsq; dum Missa peragatur, nec sanctam cōmunionem per-  
cipiunt( quam nos, ut nō exigimus quotidie sacramentalem,  
salem spiritualem à populo requirimus) velut inquietudines  
ecclesiæ commouentes, conuenit communione priuari.

**D**ocendus populus, quale sit Missa sacrifici-  
cium. CAP. XXVII.

August. de

trini. & cīn

psal. 29. c.

semel. de

cōse. di. 24

**D**ocendus item est populus, quale sit Missa sacrificium,  
nempe repræsentatiuū. Semel quidem CHRISTVS  
mortuus est, iustus pro iniustis: semel in manifesta-  
tione sui corporis in distinctione suorum membrorū omnium.  
Verus

Verus Deus & verus homo semel tantum in cruce pependit, & duobus offerens patri seipsum hostiam viuā, & passibilem, immortalem, viuorū & mortuorū redēptionis efficacē. Et scimus quia Christus resurgens à mortuis, iam non moritur, mors illi ultra nō dominabitur. Et tamē quotidie immolatur in sacramento, nō quod toties Christus occidatur, sed quod illud unicū sacrificiū mysticis ritibus quotidie renouetur, quotidie naque recordatione mortis Domini (qua liberati sumus) in edēdo & potando carnem & sanguinē, quæ pro nobis oblata sunt, hoc ipsum repræsentetur, quod olim factum est, facitque oblatio ista sacramentalis moneri nos, tāquam videamus præsentē Dominū in cruce. Elīcītes subinde nobis ex illo fonte inexhausto gratiā salutarē, immolamusq; hostiā pro viuis & defunctis, dum pro illis patrem per filij mortem deprecamur.

**T**Exequiae ac Missae pro defunctis, quādo, & cum qua admonitione celebrandæ. C. APP. XXVIII.

**E**xequias ac Missas quæ pro defunctis peculiariter dicuntur, malum in aliū diem trāsferri, quām die dominico celebrari, nisi tamen plebs diei translatione grauitetur. In quibus etiā ad populum fiat admonitio, declareturq; quibus potissimum modis Dei misericordia pro animabus ambiēda sit: sic, ut interimi admoneantur hi, qui funebres pompas ac Missas gloriæ tantū aucupandæ causa instituunt, perdere metcedem suam. Debet quoq; plebs doceri, pium esse, quemadmodum ab Apostolorum temporibus, ecclesia (quæ columnæ & firmamentum veritatis est) & docuit & obseruavit, pro defunctis Dominum exorare, & eleemosynas in sinus pauperum clargiri, atque hæc eis prodesse, qui in communione ecclesiaz & signo pacis decesserunt, & qui cum viuerent, hæc sibi ut possint prodesse, cooperando meruerunt.

**T**Qui ad Exequias euocandi. C. APP. XXIX.

**A**d Exequias, quæ extra ciuitatem nostram Coloniam celebrantur, non euocandi monachi, nec ista cohors leuium ac indignorum sacerdotum. Aut si euocentur, videndum ipsis ne lasciuat. Quanquam nobis magis probetur, ut qui volent, pietate ductus, multiplicari pro defuncto preces, si monachos in suis monasterijs, ac clericos singulos in suis templis permanere sinat, ibidemq; preces ac Missas peragere. Quoniam enim spectat concursus iste, interdum quām par est

die dñico mij  
nō dicendq;  
defunctis.

Capit. non  
estimam⁹.  
c. tempus.  
23. queſ. 2.  
Ex prag.  
August.  
1. Tim. 3.

Monachi nō  
euocandi ad exeq  
mortuorum.

immodestior, quād ad captandam auram popularem? Cauenda verò summopere post exequias delicata conuiuia, crapulæ ac comediations, ne Deus placandus, magis irritetur.

**T** De poenitentiæ partibus. C A P. XXX.

**I**N sacramento poenitentiæ explicando ac rectè ministrâdo, maturitate multa ac diligentia opus est. Veteres orthodoxi poenitentiæ partes tres nobis tradiderût, contritionem, confessionem, ac satisfactionem, seu fructu poenitentiæ dignum. Quanquam poenitentia quatenus sacramentum dicitur, potissimum in absolutione presbyteri cōsistat, qua ille ex virtute verbi & clavium sibi à C H R I S T O traditarum, peccatorem poenitentem, & in misericordia Dei sperantem, à peccatis suis absoluit, de quibus paulò latius in Euchiridio dicemus.

**T** Prima poenitentiæ pars, contritio, in suggesto semper pertractanda. C A P. XXXI.

**P**RIMA poenitentiæ pars, quum omnis Euangelicæ prædicationis exordiū sit, nunquam nō est in suggesto pertractanda. Hac enim configitur ab ira Dei ad misericordiam: hac cōvertimur ab operibus mortuis ad Deūviuētem, hac subducimur à peccati ac diaboli laqueis, ac concorparamur C H R I S T O. Vnde à poenitentiæ præcursor Ioannes, deinde C H R I S T U S ipse, ac princeps Apostolorum Petrus, prædicationis Euangelicæ doctrinā sunt exorti. Poenitentia autem tum rectè prædicatur, quum arguuntur scelera ac flagitia per verbum Dei, & incutitur populo timor iræ, indignationisq; ac iusti iudicij Dei, certo certis manentis eos, qui malè agunt ac male agendo perseverant. Subinde verò vino oleum miscendum est, vt ex animo vereq; territis ac conuersis promittatur gratia ac misericordia. Ad eum modum Paulus ad Ephesios scribēs: Hoc (inquit) scitote, quod omnis fornicator aut immundus, aut auarus (quod est idolorum servitus) non habet hereditatē in regno C H R I S T I & Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis: propter hæc enim venit ira Dei in filios dissidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum. Et iterum ad Galatas: Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitia, contentiones, xinulationes, rixæ, iræ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comediations, & his similia, quæ prædicto vobis, sicut prædicti: quoniam qui

Ioan. 20

Hebræ. 6

Matth. 3

Aðo. 2.

Rom. 2.2.

Ephe. 5.

Galat. 5.

qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.

**T**Neminem non ad poenitentiam inuiscari.

CAP. XXXII.

**I**Am, quanquam nemo conuertatur ad dominū, nisi tractus Ioan. 6.

**I**per patrem, attamen nemo hic excusationē prætexat, quod non trahatur, quod ille semper stet ante ostium pulsans, nimis per internum & externū verbum, commonens ut conuertamur à via nostra pessima, & inclamans, quoniā ira, indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malū, Gloria autem & honor & pax omni operati bonum. Hic cōcūsis conscientijs cōmonstrandus est Samari- tanus ille, qui infundit vinum & oleum, qui sanat omnes con- tritos, & alligat omnes contritiones eorum. Filioli mei (inquit diuinissimus Ioannes) hæc scribo vobis, vt non peccetis. Sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrē, Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed & pro totius mundi. Hæc est doctrina, quæ docet mori mundo, & viuere Christo.

Rom. 2.

Lucæ 10.

Psal. 146.

1.Ioan.2.

**T**Presbyter qui à confessionibus est, qualis esse debeat.

CAP. XXXIII.

**D**E confessione, & quotuplex sit, alibi dicemus. Tātum quod ad eam quæ sacerdoti priuatim sit, attinet, de pau- cis ad inonebimus. Primū magnopere necessarium iu dicamus, ut sacerdos, qui à confessionibus est, sit integer, eru- ditus, ac silentij tenax: alioquin si ad quæstum intētus sit, si ad ma- lum solicitet, si curiosior explorator sit, si pertinacib⁹ blan- diatur, si intrincatā conscientiā extricare nesciat, si deniq; vel ebriosus, vel iracudus, vel leuis, vel secreti minime tenax, dis- sipandis magis quam pascendis ouibus videbitur idoneus.

**T**Quid confidentem docebit presbyter con- fessarius.

CAP. XXXIII.

**I**N primis autem qui huic muneri intentus est, docebit con- fidentem, ne ambiguis ac perplexis sermonibus se remore- tur, & per contando cogatur velut expisci criminā (quod se penumero periculosum est) sed simpliciter, tāquam coram Deo aperiāt lethalia criminā, & quæ cōscientiam onerant ac iedunt, quod ea quæ contra conscientiam aguntur, edificant ad gehennam. Atq; ibi maxime opus est sacerdote iudice, di- scernente inter lepram & non lepram.

Rom. 14.

**T**Remedium proratione morbi adhibendum. C A P .     XXXV.

1. Thess. 5.

**Q**UOD omnibus Christianis præcepit Paulus, dicens: Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Hoc eum qui à confessionibus est, maximè conuenit obseruare, nimirūt cōsolādo erigat pusillanimes per immēsam dei misericordiā: præfractos autē o biurget, tremēdumq; dei iudicium ante oculos ponat. Denique vti prudētissimus medicus, pro morbi qualitate téperabit medicinā, obfuturus magis quām profuturus, si putauerit uno collyrio omniū mederi morbis. Monēdi ergo qui cōfidentur, singuli secūdū ordinem, statū ac xratē, atq; id per locos quosdā cōmunes ex scriptura deprōptos, quos in numerato habere debet parochus.

**T**NIMIS anxij quomodo trāquillandi. C A P . XXXVI.

**Q**UOD nimis anxij sunt in repetenda confessione vel iteranda apud alium sacerdotem, vel etiam in enumerandis circumstantijs, quales sunt quidam, qui quantumuis confitendo, conscientiam tamen vix trāquillare possunt, docendi erunt, Deum(cui omnia patent) synceritatem tantum cordis à nobis requirere, nec tam seuerum esse exactorem, qui conscientiam ob vnam vel ob aliam delicti circumstantiam, inter confitendum non dedita opera neglectam, perpetuo turbatā esse velit. Nam quis omnes erratus suos enumerauerit? quemadmodum Dauid ait: Delicta quis intelligit? Ab occulis meis munda me domine.

Psal. 18.

**T**Moderatio in casibus reseruatis. C A P . XXXVII.

**I**N occultis delictis ex reservatione casuum compertum habemus, nonnihil mali interdum accidere: vel quod peccator non habens in promptu sacerdotem, qui illum absolvat, cōfiteri vel differt vel cōtemnit, vel quod qui minores aetate sunt, vel mulieres, difficile adducatur, vt ex suis parochis non sine leui suspicione ad nos seu cōmissarios nostros profiscantur. Quare vt cōsulamus & ver ecundiz & famz, visum nobis est, hanc potestatem nostram absoluendi à peccatis & casibus nostris absolutioni referuatis (occultis tamen) omnibus parochis per diocesim nostram constitutis, ritè vocatis, delegare, modo tamen Vicariorum nostrorum in pontificibus consilium requirant ac adhibeant, nostris tamen Suffraga-

fraganeis potestatē faciētes, aliter in diœcēsibus suis, vti consultius videbitur, super hac re ordinandi.

**T**Publicæ pœnitentiæ usus in ecclesiam  
reuocandus. C.A.P. XXXVIII.

**N** publicis verò criminibus, quemadmodum necesse est, ita iubemus ad canones antiquos publicæ pœnitentiæ regredi. Atq; adeò ad Christi & sui discipuli Pauli institutum reuer. 1. Corin. 5. ti, qui ad Corinthios exemplo ostendit, quomodo oporteat ecclesiam in publice peccantem animaduertere, donec ipsi publicè peracta pœnitentia satisfecerit. De quo fuisus dicemus sub titulo, de iurisdictione ecclesiastica contentioſa.

**T**Recitata confessione, quid agendum per  
parochum. C.A.P. XXXIX.

**P**Eracta confessione, sub absolutionem sacerdos moneret confitentem, vt quod admissum est, detestetur, vt sic deinceps vitam instituat, ne in ullū lethâle crimen post-hac incidat, quemadmodū Christus ad mulierē dixit: Vade, Ioan. 8. & noli amplius peccare. vtque cum affectū habeis, credat per Dei misericordiam in virtute sanguinis Christi per absolutionem impariédam in verbo eius tibi remisum iri peccata. Iniungat etiam illi fructū dignum pœnitentiæ facere, ac tum deniq; imponat manum, ac absoluat confitentem.

**T**In matrimonij sacramento quid agatur.

C.A.P. XL.

**D**Vm matrimonio iungunt parochi virum ac mulierem, docebunt matrimonium institutum esse à Deo, confirmatū per Christum, vt Geneseos secundo, & Matthæi 19. Gene. 2. xix. legimus. Quod sacramétum si quis, sicut decet, acceperit, accedente sacerdotali precatione, confertur donum spiritus, quo vir diligat vxorem amore casto, sicut Christus dilexit ecclesiam. Mulier vicissim propter Christū amet, reuereaturq; virum suum vti dominum. Vterque liberos (si dentur) summa cura instituant ad Christianam pietatem. Copiosam monendi materiam Paulus ad Ephe.v. subministrat.

**T**Quemadmodum monendi sunt, qui matrimonium contrahere affectant. C.A.P. XLI.

**Q**Vm matrimonium ante lapsum Adæ, propter procreandos liberos institutum, ac benedictione Dei firmatum sit, qua dixit ille: Crescite & multiplicamini, &

**Gene. 2.** replete terram. Peculiariter autem homini, Erunt duo in carnevna. Propterea relinquet homo patrem & matrem suam, & adhærebit vxori sua. Nec ratio coniunctionis, seu benedictio post lapsum defecit, sed tantū quod sanis potuit esse officium, id est gratiosum factum etiam sit remedium: dum utriusque sexus infirmitas propendes in ruinam turpitudinis, recte excipitur

**1. Corin. 7.** honestate nuptiarum, quemadmodum diuus Paulus ait: Vnusquisq; uxorem suam habeat propter fornicationem, nimis um

**Monitio sanctiss. ad matrem accedentes.** vita mandam. Monendi sunt qui in matrimonium contrahere affectant, ne alius affectus ipsos huc rapiat, vt sit honorabile coniugium ac cubile impollutum. Nam si neque ob prolem suscitādam, neq; ob fornicationem vitandam, sed potius diuitiarum aut opum nanciscendarum, aut alterius rei gratia matrimonii contrahatur, perpetuam agitur ac grauiter in sacramētum peccatur. Hic, quæ Tobiae vij. & viij. scribūtur, enarrari, proponi, ac doceri cōueniet. Vbi locus pulcherrimus est, exemplo commonstrans, quemadmodum bona uxor donum Dei sit, debitum timeti dominū, quomodo in timore Dei apparentibus, nō luxuriae causa, sed sola posteritatis dilectione,

in qua benedicatur nomen Dei in secula, petenda. Quo pacto coniugij conscriptione facta, tradēda: quemadmodum etiam coniuium nuptiale cum laude & benedictione Dei agēdum. Deniq; quomodo precandus sit deus per coniuges, vt benedictionem suam in ipsos, quos cōiunxit, impleat. Hęc enim decent sanctorum filios, qui non debent ita coniungi sicut gentes quæ ignorant Deum. Eritq; horrendum illud exemplum de septem Saræ viris à dæmonio occisis replicandū. His namq; (vt Raphaël angelus apud Tobiam ait) qui coniugium ita suscipiunt, vt Deum à se & sua mente excludant, & suę libidinę ita vident, sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus, dæmonium malum dominatur. Quamobré vehementer conprobamus illum morem, quo matrimonio iungendi, ante ecclesiasticam coniunctionem, ieunio se præparant, & sacram Eucharistiam sumunt.

#### Matrimonium tria complecti. CAP. XLII.

**Augu. de Genesi ad literā. lib. 9. c. 7. to. 3.** Ocēdi itaq; breuiter, matrimonium tria cōplecti, fidem, prolē, & sacramentū. In fide attēditur, ne præter vinculum coniugale, cūm alterā vel altero concumbatur. In prole, vt amēter suscipiatur, benignè nutriatur, religiose educetur.

cetur. In sacramento autem, ne coniugium separetur, néve di-  
missus aut dimissa etiam proliis causa alteri coniungatur.

**T**rium uotum & in clandestinè contrahentes  
censura. C A P. X L I I I .

**O**ptandum, ut Canon Euaristi pontificis Concilio ge- Ex canon.  
nerali renouetur, tollanturq; illa clandestina matri- Euaristi.  
monia, quæ inuitis parentibus ac propinquis, Veneris  
potius quam Dei causa cōtrahuntur. Nam quanta ex his clan-  
destinis matrimonij mala suboriantur, in aperto est. Interea  
vero donec ecclesia de hoc prospiciat, si non irrita, prohibita  
saltem sint, & pœnæ canonice, hoc est, excommunicationi,  
contraheentes & qui his ope aut cōsilio adfuerint, subiaceant,  
quam nec tam facile, nisi ecclesiæ satisfiat, tolli admodum ex-  
pedire nobis videtur. Quantū fieri potest, cauebit parochus,  
ne liberos citra parentum autoritatem coniungat. Quod si  
parentes negligentes fuerint, aut in admittendo matrimonio  
iam contracto, rigidiores negatores, admonebit eos, ut libe-  
ros maturæ ætatis elocent, néve vinculo iam per ecclesiam in-  
dissolubili pertinacius obluctentur.

**T**Coniunctio coniugum in facie ecclesiæ per-  
agenda. C A P. X L I I I I .

**C**Oniunctionem per sacerdotem cum benedictione sa-  
cerdotali ac precibus inter missarum solēnia in templo  
secundum antiquos canones & ecclesiasticum ritum fie-  
ti decernimus. Superbia ac fastu tumidis (qui in privatis do-  
miciлиjs malunt quād in templo, vbi ecclesia conuenit, ac con-  
iungendis bene precatur) copulari, quis non ineptè opposue-  
rit illud Paulinum? Num ecclesiam Dei contemnit? Nec sa-  
cerdos antè quoilibet cōiugio iungat, nisi edictis, aut procla-  
mationibus tribus publice è suggesto ad populū factis præ-  
dentibus, ob multas ac varias fraudes evitandas. Contra hæc  
haud facile, sed tantū vbi ratio admodū necessaria, hoc ipsum  
fieri postulauerit, idq; non, nisi causa cognita, dispensabitur.

**T**Peregrinos & ignotos sine legitimo testimo-  
nio non coniungendos. C A P. X L V .

**P**eregrini & ignoti non cōiungantur, nisi legitimis testi-  
monijs doceant se vbi antè versati fuerint, nullis matri-  
monij vinculis astringi, ipsiisque per suum parochum lice-  
re per aliumparochum copulari.

**T**In

1. Corin. 11

Nota Nota

**T**In gradibus consanguinitatis ac affinitatis, Concilium generale obseruandum. CAP. XLVI.

**E**x cōcil. genera. c. nō debet. de cōsan. & affi.

**Q**Vod ad gradus consanguinitatis ac affinitatis attinet, qui matrimonium contrahendum, ac contractum dirimunt, decretum Concilij generalis obseruabitur. Hic si parochi in dinumeratione graduum addubitauerint, per ritiores consulent. Vbi Romanus pontifex dispensatorio diplomatico matrimonium secus contractum, approbandum iusserit, examinentur causæ diligentius, quæ dispensatione extorserunt. Quæ si comperiantur aliter, quam narratum est, se habere, non dubium est dispensationem nullius roboris esse.

**T**Ludicra tollenda. CAP. XLVII.

**L**Vdicra illa, quæ in tenuis post coniunctionem sacerdotalem fieri consueverunt, veluti in pulsando sponso, atque alia eiusdem generis, penitus tollantur. Nam res seria, quam Deus ipse instituit, benedixit, in uiolabilemque decreuit, agitur.

**T**De sacro ordine dictum esse prius. CAP. XLVIII.

**D**E sacro ordine, & quæ salutaris gratia hoc sacramento conferatur: quæ deniq; in eodem sacramento conferendo obseruari oporteat, titulo primo, qui de munere episcopali est, abundè diximus.

**T**Cur adhibeatur extrema unctio. CAP. XLIX.

**R**Estat extrema unctio, quæ (quoniā in morte extrema lucta est) adhibetur, vt vel cōualescat ægrotus, si Deo ita visum, vel cum fide bonaq; spe obdormiat in domino.

**T**Quomodo impendenda unctio extrema. CAP. L.

**Iaco. viii. E**st autem unctio impendēda cum expositione unctionis & mandati apostolici, quod sic habet: Infirmatur aliquis in vobis, inducat presbyteros ecclesiæ, vt orent super eū, vngentes eū oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus: & si in peccatis sit, remittetur ei. Postremo loco adhibebit parochus admonitione preparationis ad mortem, quemadmodū Enchiridion docebit.

**T**A sepultura nemo in communione discedens, repellendus. CAP. LI.

**Gen. 23. 25 Q**Vod ad sepulturā attinet, quis poterit negare rem longe piissimam esse, & in veteri & in noua lege accuratè obsernatam, vt Christianorum (qui spem resurrectio-

nis

nis habent) corpora, non pecudum more disficiantur, sed in cœmeterij sinum recōdantur, quod etiā alto mysterio non caret. Ab hac ergo sepultura, nemo Christianus, qui in cōmunicio ne decessit ecclesiæ, arceatur, etiā casu mortuus fuerit. Quum enim communicabatur viuenti, & mortuo communicandum est. Soli vero hæretici, excommunicati, publici latrones, & hi, qui sibi mortem criminis conscientia adacti, consciuerunt, & quos in peccato lethâli, nullis pœnitentiæ signis præcedentes, decessisse constiterit, prohibeantur.

**T**Quam admonitionem in sepulturis & exequijs fieri oporteat. C A P . L I I .

**I**N sepulturis autem & exequijs mortalitatis atque huius calamitosæ vitæ admonitio diligens fiat, atque excitandi inter alia præsentes, ut recognitent sibi eodem modo hinc ex cedendum esse, sese in hac terra peregrinos agere, aliam autem inquirere, ad quam semper oporteat suspirare. Nam quo pacto ad exorandam pro defunctis Dei misericordiam commoendendi sint, suprà diximus. **H**ebræ. 11

## DE VICTV PAROCHORVM.

## C A P V T I.

**S**VPEREST ut devictu parochorum dispi- Ex cōcil. ciarius. Hic in primis, quod Christus docuit, & Toleta. II. sacri canones maximo serio præcepérunt, præmittendum duximus: nempe ut sacramenta eccl. Notate sacer- clesiastica gratis ministrentur, dicente domi- nos; Gratias accepistis, gratis date. Quamobrem neq; pro bapti Matth. 10 zandis, consignandisq; fidelibus, neq; pro collatione chrisma Ex cōcil. tis, vel promotionibus graduum, neque alijs sacramentis di- Triburen. 3 stribuendis pretia quælibet vel præmia, nisi quid voluntariè ac Varen. offeratur, recipienda sunt. Neminem quoque ad quæstuosas flasticæ. c. in eccl. exequias cogi, aut pro sepultura munus aut pretium exigi vo- præcipien lumus, secundum canonicas sanctiones. Custodi interim ac dū. 13. q. 2. vespilloni, de sua mercede nihil detrahentes.

**T**Parochis uictus necessarius suppeditandus.

C A P . 11.

**A**T quum lex diuina præcipiat, non alligandum os boui Deuter. 25 tritauranti, quod utiq; non boum causa, sed propter nos Marci 10. dictum,

*Note*

I. Timo. 5 dictum, Christus in Euangelio explicat: Dignus (inquiens) I. Corin. 9 est mercenarius mercede sua. Ac Paulus toto capite ix. prime ad Corinth. confirmat: Quis enim militat suis stipendijs unquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Neque enim magnū est si qui spiritualia seminant, carnalia etiam metant. Quamobrem, dispiciendū est, vt parochis Euangeli prædictatoribus certa ac cōpetēs subministratio viētus & vestitus fiat, idq; ad eum modum, ne in administrandis sacramētis quippiā exigēdo, oneri sint parochianis, aut cibum vicatim discutiendo emendicare cogantur, quo nihil turpius aut sordidius.

**T** Vicecuratos quos uocant, ex prouētibus ecclesiæ congruam sustentationem recepturos. C A P. 111.

**I** N primis igitur, qui per vicarios seu Vicecuratos ecclesiæ parochiales regendi potestate in nobis acceperunt, ijsdem vicarijs tantam ex prouentibus ecclesiæ partē assignabūt, qua vitam cōgruē sustentare possint. Quod nos inter vilitandum pro ratione locorū ac parochiarum vt fiat ordinabimus.

**T** Qui ecclesiæ unitas habent, Vicarijs perpetuis portionem congruā assignare oportere. C A. 1111.

c. suscept. de præbē. & dignita. lib. vij.

**E** Ecclesiæ cathedrales ac collegiatæ, itidē monachi seure ligiosi qui ecclesiæ parochiales aut suis ecclesijs vel monasterijs vñitas habent, aut regendas alijs cōmittunt, aut præsentando cōmitti procurāt, adeò interdū omnem prouentum emungūt, vt residui redditus, qui rectoribus ecclesiarij permittūtur, nimis tenues sint & exiles. Quamobrē nostræ curæ erit, vt tanta portio rectorib. istis assignetur, vnde iura episcopalia soluere, & congruam sustentationē habere possint.

**T** Vbi redditus nō suffecerint, quid agendū. C A P. v.

*Ex Vienn. cōcil. cle- mē. si vna.*

**V** Bi vero redditus ecclesiārum non suffecerint, iuris consilium sequendū putamus: nempe vt duæ vniātūr: aut si id graue videbitur, saltem vna, aut plures etiam vicarię, quæ ad altaria in eiusmodi ecclesijs fundatæ sunt, ipsi ecclesiæ parochiali (vt vocant) incorporentur: sic tamen, vt quoad fieri potest, per parochum officium, ob quod vicarię illæ fundatæ sunt, minime negligatur. Porrò decimas potissimum parochis ac ecclesiæ ministris deberi non dubium est. Nunc quum illæ passim à laicis magna ex parte usurpentur, neque facile ex eorum manibus diuelli possint, videndum num diligenti

genti cohortatione, aut alia via iuri consentanea, parocho,  
cui ecclesiæ redditus ad viætum non sufficiunt, hinc aliquid  
emendicari possit.

**T** Denarius consuetus, sed duplicatus, penden-  
dus. C. A. P. VI.

**P**ostremo loco iustum ac decens putamus, ut singuli pa-  
rochiani denariū illum consuetū, sed duplicatū, saltem  
in anno quater, videlicet in festis illis maiorib. veluti in  
Natali dominico, Paschate, Pentecoste, Assumptionēq; virgi-  
nis gloriose: id est, singulis festis duos denarios parocho pen-  
dant. Neq; enim tantillum offerre vlli onerosum esse aut vi-  
deri potest. **Q**uis enim tam fordidus est, qui nō æquum putet,  
modicum quid caduci ac temporalis subministrare illi, à quo  
spiritualia ac æterna vicissim repetit? Certè omnes scire debet,  
eos, qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edere: &  
qui altario deseruiunt, cum altario participare. Nam & domi-  
nus ordinavit, his qui Euangelium annuntiant, de Euange- 1. Corin. 9  
lio viuere. Qui se vniqa solutione (quæ uno albo rotato fiet)  
liberare volet, id ipsi liberum esto. Ne vero parochus aut in  
contentionem aut suspicionem trahatur, potius hæc pecunia  
per ecclesiæ œconomos aut alios probatæ fidei viros collige-  
tur, ac ipsi parocho numerabitur.

**T** Laudabilem consuetudinem Agrippinæ Cō-  
loniæ per hæc non abrogari. C. A. P. VII.

**L**Audabilem tamen cōsuetudinem in ciuitate nostra Co-  
lonien. erga sanctam ecclesiam, pia deuotio p. fidelium  
introductionem per has nostras synodales constitutiones  
nolumus immutare, donec ipsis parochis intra eandem ciui-  
tatem de sufficientiori vieti fuerit prouisum.

## DE CONSTITUTIONIBVS AC CON- Suetudinibus ecclesiasticis. C. A. P. I.



E cōstitutionib. huianis ac ecclesiasticis cōsue-  
tudinibus, magna in præsentiarū in ecclesia Dei  
concertatio est, quam ecclesiæ turbatores, vt ec-  
clesiæ authoritatē euerterēt, ad nihilūq; redige-  
rent, iniuxerūt. At populus hic docēdus est, Ian-  
chorū patrūcūlā sequi, qui diligenter admonēt traditiones  
ecclie

ecclesiasticas, præsertim quæ fidei non officiunt, ita obseruantur, ut à maioribus traditæ sunt. Sunt autem illa quæ non scripta, sed tradita custodimus, non vnius generis, quæ admodum diuus Augustinus tradit. Alia enim toto terrarum orbe obseruantur à patribus, nobis, quasi per manus tradita. Quæ quidem putanda sunt, vel ab ipsis Apostolis, vel ex plenarijs concilijs (quorū est in ecclesijs saluberrima authoritas) commendata, atq; statuta retineri, veluti quod passio & resurrectio & ascensio in ccelum, aduentus Spiritus sancti, & quadragesima annua solennitate celebrantur: quod die Veneris à carnibus abstinetur, atq; alia multa, quæ ab vniuersis merito obseruantur. Alia vero quæ per loca terrarum, religionesque variantur, sicut est, quod alijs ieiunant diem Mercurij, alijs nō, alijs quotidie communicant corpori & sanguini domini, alijs certis diebus accipiunt. Et si quid aliud huiusmodi animaduerti potest, totū hoc genus rerū liberas habet obseruationes. Quod enim neq; contra fidem catholicam, neq; contra bonos mores esse conuincitur, indifferenter est habendū, & pro eorum inter quos vivitur, societate seruandū. Sic diuins Ambrosius Augustinū docuit de hoc altero genere interrogantem: Tu (inquit) ad quamcūq; forte ecclesiā (nimirū in unitate catholicæ ecclesiæ permanentē) veneris, eius morē serua, si cuiquam nō vis esse scandalū, nec quēquam tibi. Sed de his, ac quatenus ecclesiasticae istæ constitutiones obligent, alibi latius dicemus.

**I**eiunia ab ecclesia indicta, reuerenter obseruanda. C.A.P. 11.

**I**eiunia ergo ab ecclesia indicta, reuerenter obseruari voluntus, admonendusque populus cur sint instituta, nempe ut corpus per iutemperantiam cibi ac potus luxurians castigetur, in seruitutemq; redigatur, quo animus vegetior ac liberior laudibus diuinis insitat, diuinæq; voluntati se se attemperet. Magnum certe & generale Ieiunium est, abstinere ab omni ieiuniū in iniquitatibus & ab illicitis voluptatibus seculi. Ad autem magnum de cōsec. dist. 5 hoc perfectionis qui nondum peruenit, is ecclesiæ indictum vocans, haud contemnat.

**I**rrisores ecclesiasticorum ieiuniorum refelluntur. C.A.P. 111.

**Q**ui ecclesiæ ordinationem irrident, illique diuum Paulum opponunt, quasi is ieiunijs ecclesiasticis contradicat,

dicat, grauissimam vtrique contumeliam (Apostoli doctrinā dedita opera adulterantes) inferunt. Non enim ecclesia alio quod cibi genus perpetuo interdixit, aut Iudaicum ciborum delectum contra apostolicam doctrinam inuexit, quinimo cum Paulo semper docuit, doctrinam esse dæmoniorum, cibum aliquem immundum iudicare, & prohibere, que in Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt veritatem, quod scilicet omnis creatura Dei bona sit, & nihil rei sciendum quod cum gratiarū actione percipitur. Sed potius ecclesia veteris legis ac apostolicorum virorum exempla sequuta, ieuiunia quædam publica certis diebus indixit, iubens tum à carnis abstinere, & cibis ari-dioribus uti, non quod carnes immundæ sint, sed ut luxui tem peretur. Qua de re in Gangreni Conclilio (quod non multo post Apostolorum tempora obsernatum est) pari censura damnati sunt, tum hi qui nonnullos cibos carnium illicitos reputarunt, tum illi qui præter necessitatem corporalem super-bientes, ieuiunia communia totius ecclesie putauerint con-temmnda, perfectam in sua scientia rationem vindicantes, quos anathema esse, Concilium illud decrevit. Atq; alia mul-ta (qua nunc in contentionem rursus vocantur) ut succinete admodum, ita Christianissimè apostolico spiritu diffininit.

### ¶ Ecclesiæ constitutionem charitati cedere.

C A P. 1111.

**C**ur verò criminentur hostes ecclesiæ eius institutum, non videmus, quum ipsa nulli iniiciat laqueum, quod hanc constitutionem adeò ligare non velit, ut vel charitati vel necessitatì minime cedere debeat. Quinimo libe Cap. consi rum facit, quolibet tempore quibuslibet vesci, modò id vel liū. de ob-charitas vel necessitas suadeat, adhibito tamen vtriusque me-dici (si præstò sint) aut saltem alterius, nimirū animę, consilio.

### ¶ Quid in ieuiunio potissimum spectandum.

C A P. V.

**I**am quum in ieuiunio ratio potius indictionis quam absti-nentia ista à carnis spectetur, admisionendus est popu-lus quum ieuiunandum erit, non minus sumptuosa & proli-xia illa pescium fercula quam carnium vitanda: bellaria item illa, magis quam carnes inflammantia.

**T**Redarguuntur qui Quadragesimæ obseruationem contemnunt. C A P . VI.

Orig. sup  
Leuit. Hie  
ron. aduer  
sus Mota.  
hæret.  
Ambro. in  
sermon. de  
Quadrage  
simæ. 36.

Ex conci.  
Tolet. 8.

Vadragelime institutio antiquissima est, à temporibus Apostolorum ad nos usque deducta, cuius violatores plerisque generalibus Cœcilijs, præsertim Toletano octauo, acerrime redarguuntur, religionique contrariæ monstrantur. Atque adeò omnes quotquot sine ineuitabili necessitate seu fragilitate, euidentique languore, seu etiam impossibilitate ætatis, diebus Quadragesimæ esum carniū attēta. Ex conci. re præsumperint, alienos à sancta cōmunione decernit, quod Tolet. 8. sacrī diebus abstinentiæ obliiti sunt, disciplinam ac Quadragesimæ dies (quæ anni totius decimæ putantur, quæ & in oblatione ieiunij Domino consecrantur) temerarie prophanauerint. Quos verò aut ætas incuruat, aut languor extenuat, aut necessitas arctat, nō antè prohibita violare præsumat, quām à sacerdote permisum esse percipient.

**L**etanix & Rogationes cur institutæ, & quomodo populus admonendus sit. C A P . VII.

Ex cœcil.  
Aurelian.  
c. 23.

**L**Etanias, id est, supplications, seu rogationes, in dicto triduano ieiunio ante Domini ascensionem patribus placuit celebrari: quibus omnes interesse iubentur, ut quemadmodum omnes peccauerunt, sic & omnes pro venia supplicant, omnesq; ad Deum corda cum manibus eleuent. Quanquā potissimum Letaniae istæ principio institutæ sunt, ut tum populus diuina institutione admonitus, clementiam Dei exoret, quo pestes, clades, calamitates, fames, bella, & id generis aduersa, quæ nobis iustissimo Dei iudicio ob peccata nostra infliguntur, ac sub id anni tempus, nempe Veris (quā bella emergere atque terræ fructus, qui tum in flore atque teneri adhuc sunt, facilè corrūpi solent) potissimum imminent, auer-

Iaco. viti. tat & tollat. Ut autem ecclesia fiduciā erga Deum (quam orationes ac petentes habere necesse est) tum nobis adaugeat, Heliam proponit hominem nobis similem & passibilem, qui oratione orauit, ut nou plueret super terram, & nō pluit annos tres & menses sex. Et rursus orauit, & cœlum dedit pluviā, & terra dedit fructum suum. Quod si solus Helias petens exauditus est, num CHRISTVS ecclesiæ sine preces auersabitur? Hic interim populus docendus est, quod non solum quæ animi, sed & quæ corporis & externa bona sunt, à Deo omnium autho-

re postulare oporteat. Et redarguendi illi ( hand ita multò  
quam gentes, meliores) qui vel fortunæ, vel suæ industriæ, bo-  
na temporaria accepta ferunt.

**¶ Processiones intra septa ecclesiarum  
peragendæ.** C A P . V I I I .

**Q**uod processiones per agros & campos peraguntur,  
rationem quidem habet, nempe quod populus oret,  
ut segetes ac fruges terræ à Domino conseruentur.  
Verum ut alia plurima, ita & hic mos hominum malitia de-  
pravatns est, quod per occasionem talis deambulationis  
(quæ Deo placando erat instituta) pleraque scelera com-  
mittantur. Quamobrem nobis satins videtur, ut hæc, aliæq;  
supplicationes ac processiones de cætero intra septa ecclæ-  
siarum religiose hant, ac ut in templo, loco precationibus  
peculiariter dedicato, oretur Deus, habeaturque tum pius  
rei ac tempori conueniens ad populum commonitorius ser-  
mo. Nostris tamen Suffraganeis liberum relinquimus, ut ipsi  
in suis diocesisbus de hac re, vti mores regionis patientur,  
discipiant.

**¶ Admonendus populus, cur feriæ institutæ.**

C A P . X .

**D**iligenter quoque populus admonendus est, cur feriæ,  
& potissimum dies dominicus (qui à temporibus Apo Apocal. i.  
stolorum in ecclesia Dei semper celebri sicut fuit) institu-  
tæ sint. Nenupse, ut tum in unum omnes pariter conueni-  
rent ad audiendum verbum Domini, ad audiendum quo-  
que sacrum, & communicandum. Breuiter, ad vacandum Deo  
soli, ut dies illa tantum orationibus, hymnis, psalmis, & can-  
ticis spiritualibus transfigatur. Hoc enim est sanctificare Sab. - Exod. 20.  
batum. Deute. 5.

**¶ In ferijs soli Deouacandum.** C A P . X .

**Q**uonobrem cupimus, hisce diebus prohiberi nundi-  
nas, claudi caponas, vitari comedationes, ebrietates,  
suinptus, lites, lusus improbos, choreas plenas insa-  
nijs, colloquia prana, cantilenas turpes. Breuiter, omnem li-  
xum. Nam hisce (& quæ hæc ferè semper consequuntur) bla- - Esaia 1.  
sphemijs ac periurijs noimen Domini prophanatur, ac sabba-  
tum (quod nos admonet, ut quiescamus pernere agere, & be-  
ne facere discamus) contaminatur.

*dies festi eu-  
stituti'.*

**T** Dies dedicationis templi extra Coloniam, uno die ubique celebrandus, & quomodo sit admonendus populus. C A P . X I .

**E**t quum in diebus festis (quæ dedicationi ecclesiarum peculiariter dicati sunt) plerunq; indigna committantur, adeò ut videatur populus tum potissimum comediatationis causa conuenire, vñsum nobis est, vt per diœses nostras vno certo die anni quo eiusmodi festū dedicationis in metropolitana nostra colitur, in reliquis quoque ecclesijs omnibus extra ciuitatem nostram Coloniam Agrippinam constitutis obseruetur. Nam intra Coloniam summo nostro templo suus honos constare debet, quod & in alijs oppidis insignioribus, vbi vna cæteris ecclesijs præminet, obtinere placuerit, videlicet ut ibi minores ecclesiæ pridie eius diei qui dedicationi ecclesiæ summæ eius loci consecratus est, aut die dominico proximo præcedente suas singulæ dedicationes celebrent, obseruetur. Docendus autem est populus, dedicatio ne templi significari dedicationem Ecclesiæ catholicæ acciuslibet hominis Christiani, qua copulatur Deo. Nam ut diuinus Augustinus ait: Quotiescumque templi festiuitatem colimus, si fideliter ac diligenter attendimus, & sanctè & iustè vivimus, quicquid in templis manufactis agitur, totum in nobis spirituali ædificatione completur. Non enim est mentitus ille, qui dixit: Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Et iterum: Nescitis quia corpora vestra templum est spiritus sancti?

**T** Cur tempula & altaria consecrentur. C A P . X I I .

c. Sicut nō E x vetustissima institutione & more receptum est, tempula alij. c. mis & altaria, & pleraq; alia, quibus in templis ad excitādum sarū solen fidelium animos, & diuinum cultum explendum vtimur, nia . c. ec- consecrari, solennibusque precibus ac benedictionibus dedi- clesiæ. de- cari Deo, quod in veteri quidem Testamēto præceptū etiam diuinum habnit. Quemadmodū Exod. xxxi. & ii. Paralip. xxii. legimus. Vngitur præterea secundum ecclesiasticam consuetudinem, quum consecratur altare, quum dedicatur templum, quum benedicitur calix, idque non solum ex mandato veteris legis, verum etiam exemplo beati Syluestri, qui quum consecrabat altare, illud chrisinata perungebat. Verum vñctionis sacramentū, aliud quidem efficit & figurat, tam in nouo quam in

in veteri Testamento. Vnde non iudaizat Ecclesia, quum vni-  
c. j. & f. de  
& tioneis celebrat sacramentum, sicut aliqui mentiuntur, qui ne-  
que scripturas neque Dei nouere virtutem.

**T**Populus docendus, quid agatur & significetur in  
consecratione templorū & altarium. CAP. XIII.

**Q**Uamobrem populus docendus est, hic aliud agi atque  
aliud significari quum consecratur templum. Fundun-  
tur preces Domino, vt hunc locum sibi peculiariter  
dedicatum esse velit, vt diabolum & eius potestatem inde pe-  
nitus expellat, vt omnes qui huc deprecatur conueniant, ex 2. Reg. 6.  
quacunque tribulatione consolationis diuinæ beneficia con-  
sequantur, vt ab omnibus pariter conuenientibus, Deo lau-  
des soluantur, diuinum verbum audiatur, ac ecclesiastica sa-  
cramenta ministrentur. Peculiariter altare consecratur, vt il-  
lic oblatio munda Deo offeratur, hoc est, sacramentum cor-  
poris & sanguinis C H R I S T I, quod in memoriam passionis  
dominicæ immolamus. Quod vero præter preces, aspersio[n]is  
etiam atque vñctio[n]is aliarumque rerum solennia adhiben-  
tur, mysterij secretioris plenum est: non quod inanimata ista  
gratiæ diuinæ susceptiva sint, sed quum hæc visibiliter fiunt,  
admonetur Christianus, Deū omnia hæc per inuisibilem vir-  
tutem in anima operari, quæ est domus Deo dedicāda, vbi fi-  
des fundamentū facit, spes erigit, & charitas consummat. Si  
gnat ergo templi dedicatio tam fidelis animæ quam ecclesia  
cum C H R I S T O desponsationem. Ipsa enim ecclesia catholi-  
ca ex multis viuis lapidibus adunata, verum Dei templum est.  
Quod si Dei templum sumus, altare intus habemus. Altare  
quidem nostrum, cor nostrum est. In hoc altari fit sacrificium  
laudis. Sacrificium enim Deo, spiritus cōtributionis, & cot Psal. 50.  
contritum. In hoc altari fit cōmemoratio corporis & sanguini-  
nis C H R I S T I. Hinc preces ad cœlum ascendunt: ad cor enim  
respicit Deus. Quamobré nisi omnia que in huiuscmodi cō-  
secratione exterius aguntur, in nobis spiritualiter implean-  
tur, parum hinc fructus uobis accesserit. Quid enim exterior  
ablutio vel inunctio sine interiori prodest?

**C**ur benedicantur campanæ. CAP. XIV.

**B**enedicuntur quoque campanæ, vt sint tubæ ecclesie mili-  
tantis, quibus vocetur populus ad conueniendum in tem-  
plum, & audiendum verbum Dei: cleris vero ad annun-

tiandum mane misericordiam Dei & veritatē eius per noctē, vt per illarum sonitum fideles inuitentur ad preces, & vt crescat in his deuotio fidei: quāuis etiam patres aliō respexerint, videlicet vt dæmones tinnitu campanarū Christianos ad preces concitantium, quin potius precibus ipsis territi, abscedat, illisq; submotis, fruges, mentes & corpora credentium seruentur, vt procul pellantur hostiles exercitus & omnes insidiæ iniici, fragor grandinum, procella turbinum, impetus tempestatum & fulgurum temperentur, infesta tonitrua & ventorum flamina suspendantur, spiritus procellarum & aëre potestates prosternantur. Breuiter, vt audientes configuant ad sanctæ matris ecclesiæ gremiū ac ante sanctæ crucis vexillum, cui flebitur omne genu, quemadmodum hæc in solenni benedictione campanæ reperies.

Philip. 2.

**T**Docendus populus, ut signatis potius quam signis inhæreat. C A P . x v .

**D**ocendus est ergo populus ab exterioribus istis, vt signatis potius quam signis inhæreat ac intendat. Quod & in omnibus alijs obtinet ceremonijs, alioqui parum ad pietatem profuturis. Nam qui in exterioribus istis constitut ac non potius illis admonetur, vt ad Deum respiciat, confugiat, ac totam suam fiduciā in illum collocet, huic citius extera in subversionem quam ædificationem eruit.

**T**Quicquid in ceremonijs ad abusum spectat, cautè ac diligenter cauendum. C A P . x v i .

112

**Q**uamobré quicquid in ciuilemodi rebus ad abusum & superstitionem spectat, & quo populus à Deo ad collaudum in externis istis aliquam fiduciam abducit. c. placuit. possit, prohibemus. Quale inter alia est, quod sanctorum imagoes cum indulgentijs & impositione incertarum reliquiarum dedicantur: quod quidam aqua, sale, cereis, ac herbis benedicunt, in medicandis pecoribus superstitionis abutuntur. Omnis quidem creatura per verbum Dei, & orationem sanctificatur, quemadmodum diuinus Paulus testatur. Ergo quantum res sacratior, tanto abusus eius damnabilior.

**T**Cur reconcilietur templum aut cœmeterij. c. x v i i .

**R**econciliatur ecclesia aut cœmeterij ob seminis effusionis peccandi libidine facta. Itidem ob enormem sanguinis effusionem, dedita opera violenter & iniuriosè

com

commisiam, ac alijs quibusdam de causis, qui mos ex Leuitic. xiiiij. & xv. suam originem trahit. Fit autem hæc recōciliatio, non quòd templum reuera polluatur. Ecclesia enim quū sancta sit, coinquiari non potest, imò ipsius loci sanctitas infamiam loci abolet. Sed quum templum locus sit, vbi delictorum venia postulatur, vbi salutaris hostia pro peccatis immolatur, vbi Deo laudes exoluuntur, vbi tutela refugij esse debet, fit, vt scandalum, horror, atq; abominatio turpitudinis & peccati ibi commissi, propositum quoq; & voluntas lethaliter delinquentis in causa sunt, vt sacer locus reconcilietur, idq; ad exemplum & terrorem, vt videntes locum sacrum seu inanimatum templum nullo peccato obnoxium lauari & purificari delicti horrore, concutiantur & recognoscant quantū pro expiatione delictorum viuo Dei templo sit elaborandum. Sic Christus ementes & vendentes ē templo eiecit, flagello factō de funiculis, ipsos acerrimē corripiens, ac dicens: Domus mea, domus Matth. 21. orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam la- Ioann. 2. tronum. Aliud quidem agens, aliud verò innuens.

**T**Quæ pollutio reconciliationem requiri-

rat. C. A. P. XVIII.

**Nota**

**N**On tamen oīnis pollutio hanc recōciliationem requirit, sed tantum publica vel per rei evidentiam vel saltem per famam. Quòd si occulta sit contaminatio, quæ etiam baptismi ac pœnitentiae sacramenta non remoratur, solennitas non exigitur, quòd ratio reconciliationis in occultis non habeat locum.

**T**Quorum sumptu & expensis reconciliationem facienda.

C. A. P. XIX.

**R**Econciliatione autem eiusmodi gratis fieri, ac tantum itineris sumptus Vicarijs nostris in pontificalibus suppeditari volumus. Qui quidē sumptus ex bonis delinquentis desumentur, modo tamen tantæ illius facultates sint: sīn secus, parochiani non grauabitur vel tantillos sumptus itineris suppeditare, ne populus præter culpam suā grauetur. Neverò diutius ob talēm pollutionem diuinum suspenderatur officium, aut ecclesiastica intermittatur sepultura, Vicas noster in pontificalibus statim vt vocatus fuerit à populo, (modò grauioribus rebus id temporis non fuerit implicatus) vltro ibit, officium suum expleturus.

**T**Immunitatem ecclesiasticam in duobus potissimum sitam esse. C A P . x x .

**E**x conci.  
**L**ater. a. c.  
nō minus.

**E**x genera

li. c. aduer-

sus. de im-

mu. eccl.

**E**x conci.

Tolet. 3. c.

ecclesiarū

seruos. 12.

**G**en. 47.

c. inter 2.

de immu-

nita. eccl.

Mmunitas ecclesiastica vetustissima res est, iure pariter diuino ac humano introducta, quæ in duobus potissimum sita est. Primum, vt clerici, illorumq; possessiones & bona à laicis aduersus eftigibus & tributis, alijsque munericibus laicis libera sunt. Nam (vt de libertate Lenitarum fileamini) non temerè refert scriptura, Pharaonem totam terram Aegypti sibi tributariam fecisse, præter terrā sacerdotum & possessiones quæ à rege tra ditæ fuerant eis, quas vendere non sunt compulsi, quin potius seruos. ipsi etiam statuta cibaria ex horreis publicis præbebātur, vt legimus Gen. xlvi. Deinde, ne rei criminis ad ecclesiás confugientes, inde violenter extrahantur, exceptis publicis latro- lia. ca. im- nibus, qui per industriam proximum occiderint, ac nocturnis munitatē. depopulatoribus agrorum, qui itinera obsident aggressio- nū insidijs. Denique his qui sub immunitatis spe in ecclesijs ac cœmeterijs delinquit. Quod si à confugientibus ad ecclesiás paria his coimmissa sint crimina, quæ rei publicæ referat puniri, tantiisper saltē debet secularis potestas à manuum iniectione abstinere, donec nostros cōsulat Officiales, ne deuenire ne cesset sit ad cessationes à diuinis, & interdicta, quæ visum est antecessoribus nostris ob violationem eiusmodi immunitatis æditis constitutionibus promulgare.

**T**Quemadmodum fraternitates reforman- dæ sint. C A P . x x i .

**E**x Gāgr.  
cap. si quis  
per super.  
30. distin-

Fraternitates (quæ vocantur) & in honorem aliquorum sanctorum in ecclesijs sunt, speciem quidem pietatis habent: sed quales hac tempestate seruantur, nempe in quibus tam clerici quam laici potissimum cessationibus & ebrietatibus vacant, interdum etiam varijs conſpirationibus aduersus potestates intenti sunt, si non omnino sublatas, saltem correctas ac reformatas volumus: omnino sublatas malimus, ac redditus seu census earundem vel in vſus pauperum, vel parochi expendi nobis magis placuerit. At quū hæ sodalitates forsū præter publicū offendiculum ac pauperum (qui ab eis eleemosynas ex institutione accipiunt) præiudiciū com modè tolli uon possunt, videbimus inter visitandum, vt saltem tollantur abusus, vt prima seruetur institutio, & examinentur formulæ earum & statuta, vt ratio ac calculis singulis annis

annis per Prouisores (vt vocant) earundem fraternitatū contram parochis ecclesiarū reddatur, vt superextantes fructus ac redditus iu pauperum seu ecclesiæ vsum ac vtilitatē cōuertantur, aut etiam inde aliquid parocho ad victum decidatur.

## DE VITA AC CONVERSATIONE monastica. CAP. I.



IT A monastica nō multo post Apostolorum Philo. tempora cœpit, quanquam multis persuasum sit, alianū tum fuisse quam nunc est, monachis- mi rationem. Nemo tamē negaverit, hoc vitæ August. genus ad perfectionem euangelicam maximè accommodum, modò secundum sanctissimam institutionem purè immaculatęq; obseruetur. Quia verò res est quāmaximè ardua in carne viuere, & carnis stimulis nullum locum dare, diaboliq; mille fraudibus (quibus præsertim solitarios aggre ditur) feliciter semper resistere: idcirco in hoc vitæ genus ne- nio vel inuitus intrudendus, vel pelliciendus, vel temerè susci piendus, sed summa cura adhibita, post diligentissimam de- inum examinationē monachi ac monachæ recipiantur. Qui- bus sāpe inculcandum est prius Christi verbum de Eunuchis, qui se castrarūt propter regnum cœlorum, quum inquit: Qui Matth. 19. potest capere, capiat. Proponenda Sapientis sententia, quæ ha bet in hæc verba: Altiora te ne quāsieris, &c. Rememoran- Eccl. 3. dum quoq; diligentissimè, quod Deo stulta & infidelis pro missio admodum displiceat. Breuiter, admonendus est omnis ad hanc vitam spirans, vt primum se totum exutiat, ne prouinciam suscipiat, cui non sufficerit, alioqui parabolæ euāge Lucr. 14. licet dicterio notandus, quod cœperit edificare & non po- tuerit consummare. Maxima autē cautio adhibēda est in puel lis, propter sexus fragilitatem, ne vel ob æratem desit volun- tas, vel metus adsit, aut alijs affectus minime Christianus.

T Neminem monachismi professione te- merè alligandum. CAP. 11.

C Erte sancti patres admodum fuerat solliciti, vt non nisi Cap. puel voluntario ac spontaneo iudicio virginitatis proposi- ia. 12. q. 2. tum atq; habitus susciperetur, quod coacta seruitia do- cap. præ- mino ingrata esse dinoscantur: siquidem voluntariè domi- fcs. 12. q. 2. Psal. 118.

no sacrificādū est, & voluntaria oris sui beneplacita fieri in conspectu domini Psalmographus obsecrat. Quod euim quis non eligit, nec optat: quod non optat, nec diligit: quod non diligit, facile contemnit. Vnde consequitur, Nullum esse bonum, nisi voluntarium: adeo, vt qui alio affectu quam bonae voluntatis monachismo se alligant, magis peccent quam me-

**Cap. 1.** de reantur. Ambigi enim non potest crimen magnum admitti, regula. vbi & propositum deserit, & consecratio violatur. Nam si humana facta non possunt impunè calcari, quis de eis manebit qui corruperint fœdera dimini sacramenti? De adolescen-

**1. Timo. 5** tioribus viduis Paulus pronuntiauit, quod quum fuerint luxuriatæ, in Christo nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.

**T**Admonendi parentes, ne liberos inuitos in monasterium detrudant. **CAP. III.**

**Matth. 23.** **A**dmonendi quoq; erunt parentes, ne liberos in monasterium inuitos detrudant, quod illos vñ lögè grauius maueat quam Pharisæos, qui circumibant mare & aridam, vt facerent vnum proselytum, & quin etiam factus siebat filius gehennæ duplo magis quam ipsi.

**T**Quo affectu monastica uita amplectenda. **CAP. IV.**

**August.** **Q**Vi monasterium ingreditur alio affectu quam simplici amore Dei ductus, veluti vel spei vel promissionem Abbatiam consequendi habens, vel in otio viuere affectans, vel lucris temporalibus inhiens, vel honores ab hominibus appetens: quisquis talis est, non Dei filius aut monachus, sed planè mercenarius est, quemadmodum superius nos de clericis etiā dixisse meminimus. Cui verendum est, vt quum **Matth. 22.** volet ingredi nuptias euangelicas, obijciatur illud: Amice, quomodo huc intrasti, non habes vestem nuptialem? Quodq; ipso obmutescet, rex sit præceptor ministris, vt ligatis manibus & pedibus, ipsum in tenebras exterioreas mittat, vbi erit fletus & stridor dentium.

**T**In monasterijs habendus, qui doceat legem Domini. **CAP. V.**

**H**abēdus in virorum monasterijs vir pius ac doctus, qui doceat inonachos, ab adolescentia meditari in lege Domini die ac nocte, ad quod munus in monasterijs monia

monialium, sanctimonialis cæteris vita & doctrina præstans  
tior deligatur. Debet autem qui monasterio præfet, summa  
discretione uti, maximè erga eos, quos compererit diuinis li-  
teris intentos aut cōtemplationi deditos, ut scilicet tales à for-  
didioribus officijs sinat esse imminunes.

**T**Verbi prædicatorem in monasterijs esse  
oportere. C A P . V I .

**I**N monasterijs quoque verbi prædicator erit pius quidem ac  
eruditus: nam nulla armatura fortior ad resistendum dia-  
bolicis infidijs ac iaculis, quam gladius ille spiritus, quod Matth. 4  
est verbum Dei, quo Christus in deserto solitarius ieiunijs &  
orationibus vacans, & nihil osciis temptationibus diabolicis  
expositus, retudit omnem dæmonis fraudem ac nequitiam. Ni-  
hil quoque potentius illo ad decipiendos ac viciissim cōsolan-  
dos auimus nostros, nihil efficacius ad cōcitandum mentem  
iū amorem Dei, contemptū mundi, ac omnium quæ in nuan-  
do pulchra ac speciosa apparent.

**T**Monachi bonæ indolis ad Academias mit-  
tendi. C A P . V I I .

**N**EQUE nobis displicerit, ut aliquot ex monachis bonæ  
indolis ad Universitates publicas & bene Christianas,  
aliquot annos theologicis studijs operā nauaturi mit-  
terentur: illuc tamen non alibi quam in monasterijs seu gy-  
mnasijs sub cura & oculis præceptorum cōnioratur, ne bonis  
ac rectis studijs destinati, mores minimè monasticos imbi-  
bant ac contrahant.

**T**Moniales nō esse alligandas, ut nulli quam suo (ut  
uocant) patri aut præposito cōfiteātur. C A P . V I I I .

**S**INT præterea in monasterijs virginum, præsertim præter  
Abbates aut Præpositos, alijs conscientiarum examinato-  
res, ac à cōfessionibus. Aut faltem virginibus liberum sit,  
bis aut ter in anno alijs (quos elegerint) probis ac doctis vi-  
ris, de suorum superiorum (ut vocant) consensu, (quem hi in-  
terpellati, rationabili causa intellecta, nequaquam negabūt)  
conscientias suas exomologeti expouere, exonerareque, ne scili-  
cet adigatur monialis renites, seu per unum homini delicta con-  
fiteri. Debent autem hi qui ciuscemodi munere in monasterijs  
monialium funguntur, esse homines vita probatissimæ ac mo-  
rum quammaxime inculpatorum, eruditi ac singularis iudicii,

obser

*confessiones mo  
nialium audi* obseruatur ea quæ suprà, ybi de pœnitentiae sacramento tra-  
ctatum est, delibauimus. Caebit autem is in primis, criminū  
non confessorum rememorationem, ne virgines discant quæ  
prius nescierunt. Caebit præterea, nisi res omnino exegerit,  
duritię increpationis, magis intētus ad modestissimè arguen-  
dum & pientissimè vicissimi cōsolandū. Cōfessiones autē mo-  
nialium non priuatim audiet, sed in cæterarū conspectu, nō tan-  
tum ut omne malū, sed & omnis mali suspicio omnino cesset.

¶ Mutatam esse paulatiū faciem monasterio  
rum, ac usurpatum hospitij ius simul cum  
accessu moderandū. CAP. IX.

**M**Onasteria olim virtutum scholæ ac pauperum hospi-  
talia erant: nunc, proh dolor, videmus ea quæ virorum  
sunt, è scholis virtutum in diuersoria militū ac rapto-  
rum: quæ vero mulierum sunt, in plerisque locis in suspectas  
de incontinentia domos (ne quid grauius dicamus) esse com-  
Cap. I. de mutata. Quamobrem dispiciendum nobis est, ne tam passim  
emu. eccl. à quibusvis militibus hospitij ius à monasterijs vi exigatur, &c  
Ca. mona- rentur, néve ad monasteria virginū accessus toties à sacris ca-  
steria . de nonibus prohibitus, pateat. Et ut qui deprehensi præter hæc  
vit. & ho- fuerint offendiculum aut occasionem illis labendi, siue intra  
nest. cler. siue extra monasteria dedisse, dignas poenas ferant.

¶ Visitatio monasteriorum necessaria. CAP. X.

C. in singu-  
lis. parag.  
Porro dice  
cesim - de  
statu mon.

**V**isitatione ergo monasteriorū quammaxime opus esse  
intelligimus, quam & canones nobis imponunt. In hac  
vero oportebit omnia ad regulam ordinis monastici  
exigere, nihil non ad pietatem & vitæ sanctimoniam dirigere,  
& quicquid mali exempli aut improbat cōsuetudinis irrepit,  
penitus tollere ac eradicare. Profecerit quoque hic examina-  
ri regulas, statuta, & consuetudines, tolli superstitiones.

¶ Sumptuosū monialium Prepositū abrogandi,  
& frugales œconomi constituendi. CAP. XI.

Hierony.  
Hierony.

**H**Abent quedam monialium monasteria sumptuosos Præ-  
positos, sub quorum potestate quum omnis bonorum  
administratio sit, ipsi de redditibus monasticis luxuriā-  
tur. Et qui monasticæ conuersationis exemplum essem debue-  
rant, ad mundi delicias reueluuntur: fastidentes interdum si-  
milam & mella, interim monialibus ipsis vix milio & cibario  
pane

pane rugientem ventrem saturantibus. Sunt quoq; virginum monasteria, vbi non est victus & mensa cōmunitatis, sed mos ille (quem ad Corinthios scribens Paulus, quamuis in longe sa- 1. Cor. II. cratori conuiuio damnauit) quotidianus, nempe quod vna- quæq; suum cibum præsumit ad manducandum, & alia quidem esurit, alia vero ebria est. Quos abusus tollere necessarium pu- tamus, videlicet vt in illorum delicatulorum Præpositorum lo- Ca. Osius. cum probi œconomia nobis comprobādi (quorum victus sit 9. q. 3. ca. monastico similis) surrogētur, qui etiam obligati erunt singu- qui relig. lis annis rationem de receptis ac erogatis integrum reddere. 17. q. 2.

**T**In monasterijs monialium uiictum ac mensam communem esse oportere. CAP. XII.

**I**Tidem vt nioniales viictum ac mensam communem vbiq; habeant, & que pari sunt officio destinatae, pari etiam cibo alantur. Quod vt quāminime onerosum sit, non debebunt plures in monasterium moniales recipi, quām congruē poterunt in singulis monasterijs sustentari, de quo nobis prius legitimam fidem fieri conueniet.

**T**De Præpositis solitariè cōmorātibus. CAP. XIII.

**D**Isplacet etiam nobis, quod quædam monasteria quos- dam Præpositos habent, qui in Capellis solitarij com- morantur, quod Lateranensi Concilio vetitum est ac cautum, vt Episcopus, Abbates, monitione præmissa per cen- suram ecclesiasticam compellat, vt eiusmodi Præpositos aut Priors ad claustrum reuocent, faciantq; ecclesijs ipsis seu Ca- pellis per seculares clericos deseruiri, aut saltem alios mona- chos ipsis adiungant.

**T**Visitandæ domus fratrum Teuthonicorum, diui- Ioannis Baptiste & Antonitarum. CAP. XIV.

**V**Isitandæ quoq; in primis & reformandæ erunt domus hospitalium militum Teuthonicorum, præterea ordi- nis diui Ioannis Baptiste ac Antonitarum, atque initio prouidendum, vt in ijsdem domibus cultus diuinus ritè ac debite peragatur, vt hospitalitas pro pauperibus seruetur, vt vita ac conuersatio regularis secundū institutionem primam ac regulam (quam illi professi sunt) illig geratur, vt ab ipsis ve- stes ordini ac professioni dignæ ac conuenientes publicè dé- ferantur, vt comedationes, crapulæ, ac omnis luxus prohibeantur, vt præde illæ bonorum mobilium, que post mortem præ- latos

latorum per primores ordinis fieri, ac in exteriores regiones deferri, pessimo omnium exemplo consueverunt, amodo nequaquam fiant. Sed quicquid parsimonia defuncti prælati coaceruatum ac relictum fuit, vel necessarijs vibus ecclesiarum, aut successorum, aut pauperum eius regionis, ubi religiosa ista domus sita est, applicetur.

**T** De vita & conuersatione monachorum. C A P . X V .

Ex Cœcil.  
Chalcedo.

**E**t ut reuertamur ad monachorum vitam, haud ignorare debent, Concilio Chalcedonensi cautum, monachos oportere quieti operam dare, ieiunia & orationes obseruare, in his locis, in quibus se semel Deo deuouerunt, remanere, nullas ecclæsticas seu seculares actiones tractare, nunquam sua monasteria relinquere, nisi forsitan ob ingentes necessitates id facere à suo episcopo iubantur, ne nomen domini blasphemetur. Quare libertas illa peregrinandi seu excundi, prætextu inuisendi parentes, moderanda seu penitus tollenda erit.

**T** Monachorum studia atque exercitationes quales esse oporteat. C A P . X V I .

Hiero. ad  
Rustic. mo-  
nac.

**M** Onachus & monacha amare debent scripturarū scien-  
tiam, & carnis vitia non amare. Psalterij librum de ma-  
nu aut oculis nunquam deponere, semper orare, sensu  
vigilare, vanis cogitationibus aditum præcludere, corpore  
pariter & animo in Deum tendere, iram patientia vincere.  
Breueriter, nullis animi perturbationibus (quæ si insederint, ad  
delictum maximum inducunt) locum dare: semper aliquid  
operis facere, ut eos diabolus semper inueniat occupatos. Et  
ut multa sint quæ manibus operari liceat, libros tamen sacros  
describere ipsis maxime conueniret, vt & manus operetur ci-  
bos, & lectio anima saturretur. Porro Aegyptiorum mona-  
steria hunc morem seruassè leguntur, ut nullum monachum  
absque opere susciperent, non tam propter victus necessaria,  
quam propter animæ salutem, ne perniciose cogitationibus  
c. nunquā  
de consec-  
dist. 3.

Hierem. 3

uagarentur, néve instar fornicantis Israël, omni transculti di-

uaricarent pedes suos.

**T** Monachos uagos sub custodiam reuocan-  
dos. C A P . X V I I .

**M** Onachi qui pernagati fuerint, vbiunque inuenientur, tanquam fugaces nostro auxilio sub custodia re-  
nocen-

uocentur. Et si qui habituni abicetint, vt eundē reassumant,  
cogendi.

**T**LITERAS PRIUATAS MONACHO AUT MONACHÆ,  
INITIULU ABBATIS RELIGNARE NON LICERE.

C A P . X V I I I .

**V**T monachi seu monachæ literas nullas vel destinare  
vel recipere audeant absque Abbatis seu Abbatissæ, aut  
eius qui ipsorum loco monasterio præest, scientia, sum-  
ma ratione olim constitutum est, sed per incuriam abolitum:  
id præsentí constitutione innouandum censuiuus.

**T**CANONISSARUM SECULARIUM MORES REFORMIAN  
DI.

C A P . X I X .

**P**Ostremo, vitam, conuersationem ac inores Canonissa-  
rum, quæ seculares ob id appellantur, quod perpetuum ca-  
stitatis ac reliqua vota monastica non emittat, refor-  
mati omnino ducimus necessarium. Nam vitam agunt plus ni-  
mio licentiosam, ac plerisq; scandalosam. Quæ ut in ordiné &  
ecclesiasticam quandam disciplinā, quoad fieri potest, reuocen-  
tur, nobis quum visitationem aggrediemur, curandum est.

**D E HOSPITALIBVS ET ORPHEA-  
NOTROPHIJS, ALIJSQ; ID GENUS PIJS LOCIS.**

C A P . I .



**N**ON solum canonice constitutionibus, sed & Imperialibus ac regalibus institutis antiquitus pientissimè sanctiū est, vt habeantur quām fieri potest frequētia in repub. Xenodochia, Procho- trophia, Orphanotrophia, Gerontoconia & Brephetrophia, & id genus alia loca pietati cōferrata, in qua recipiantur peregrini, pauperes, inualidi, senes, parentibus or- bari, atq; in opes liberi, infantes expositi, furiosi, leprosi, contagiōsiq; ac perpetuis morbis obliti, atq; alia miserabiles personæ. Idcirco curæ nostræ iunminebit, vt eiusmodi loca, vbi constituta sunt, sarta tecta teneantur. Vbi verò dissipata sunt, instaurentur, reformaturq;. Deniq; vbi needum constituta sunt, episcopali nostra prouidentia ædificetur, cōstruanturq;. Pauperum enim curam nobis Christus præcipuam esse voluit, & horum toties uiciniti diuinissimus Paulus apostolus.

Matth. 26  
Marc. 14  
2. Corin. 9

**T**In

**T**In hospitalibus in primis animæ curandæ,  
deinde corpus. CAP. II.

**H**ic ante omnia curandum nobis est, vt in domibus istis,  
quæ ad salutem animarum pertinent, minime negligantur, sed ante omnia de sacramentorum administratiōne pauperibus debilibus & ægrotis prouideatur: Ac vbi corporis infirmitas medicum postulat, ibi prius animæ, deinde corporis medicus accerseatur.

**T**In hospitalia qui recipiendi. CAP. III.

**I**N eiusmodi autem hospitalia, nullæ alii quām ex, quas diximus miserabiles personæ, quæ aut morbo aut debilitate, aut ætate impeditæ, suis manibus laborare, vietumq; ac vestitum sibi comparare non possint, recipientur: quas ad ecclesiasticam disciplinam canones pertinere, ac nostris, aliorumq; piorum hominum largitionibus vietare voluerunt.

**T**In hospitalia pauperes eius loci, ubi constituta sunt, potissimum recipiendos, maximè contagiosis morbis implicitos.

CAPUT IV.

**I**N primis autem recipientur in hæc hospitalia, personæ miserabiles eius loci, vbi hospitalia constituta sunt. Quod si rectè curatum fuerit, suffecerint penè (nisi tamen fallamur) iam constituta hospitalia, omnibus verè pauperibus per singula oppida ac viros repertis, vt amodo illis non fuerit necessè ostiatim pané emendicare, aut eos quilepra seu alio contagioso morbo impliciti sunt, inter homines diuersari, quod lege diuina, ne fiat, prohibitum legimus. Nec immerito, quod ex tali commixtione ac conuersatione cum sanis infinita pericula subsequantur, etiā ex solo aspectu, qui intuentibus horrorem solet incutere. Quod si leprosis alijsque qui similibus morbis impliciti sunt, hospitalium, quibus addicuntur, redditus non suffecerint, satius est, vt ipsorum nomine in conuentu ecclesiæ eleemosyna per aliquot viros probos ad hoc munus deputandos, colligatur ac præstetur, atque vt trunci in templis eleemosynis istis colligendis asseruandisque erigantur, quām vt ipsis morbos alimonij petendæ obtrentu, aut quo cunque alio prætextu, confortijs hominum misceantur.

**T**Men

**T**Mendicantibus ualidis hospitalia clausa, & men  
dicitatem interdictam esse oportere.

C A P . V .

**S**Int autem mendicantibus validis non solum hospitalia Codic.de  
clausa, sed & publicè ac ostiatim médicare penitus inter-  
dictum. Et qui seens agere comperti fuerint, arceantur,  
ac legalibus nostrisque constitutionibus comprehensis, pœ-  
nis subdantur. Vtlius enim esurienti panis tollitur, si de ci-  
bo securus iustitiam negligat, quām eidem frangitur, ut sedu-  
ctus, iniustitiae acquiescat.

**T**Magistrorum hospitalium praui adfectus  
damnantur. C A P . VI .

**D**Amnamus autem abusum, quo in quibusdam locis fit,  
vt neglectis miseris ac inopibus (quibus hospitalia de-  
dicata sunt) ex priuato affectu magistrorum aut magi-  
stratum, qui hospitalibus hisce præsunt, non modò validi,  
sed & quibus viētus & vestitus suppetit, recipiantur, tantum  
quod illuc commodius & in otio viuatur: qui certè aliter cen-  
seri non possunt, quām pauperum deprædatores, raptioresque,  
de alieno viuentes, ac veluti ex sanguine pauperum sagina-  
ti: Quos diuus Hieronymus grauiſſimè increpat: Qui (in-  
quit) ex bonis parentum & suis opibus sustentari posſuit, si  
quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profecto com-  
mittunt, & per abusionem talium, iudicium ſibi manducant  
& bibunt.

**T**Quām grauiter peccent, qui ex pauperum  
uietū ſe ditant. C A P . VII .

**V**iderint quoque hi magistri ac hospitalium præſides, ne Ioan.12  
Iudam imitentur, qui loculos (ex quibus pauperibus di-  
ſtribuebatur) ſerebat, ac fur erat, ne ſicut ille, ita & ipſi  
perent. Nouerint ergo ſe tali muneri addictos, non ut ſui,  
ſed ut pauperum curam gerant, quos neglexiſſe, occidiſſe eſt:  
quibus quid ſubtraxiſſe, sacrilegiij instar eſt. Et quo vigilan-  
tiōres in officio ſint, ſingulis annis, aut ſepiuſ, magistratiū  
eius loci præſente parocho, rationem de omnibus reddant.  
Non meum eſt (inquit Prosper) dicere, quantum peccatum  
eſt eorum qui cibos pauperum ſibi uſurpant, & vnde pauper  
viēturus erat, præſumendo uſcipiunt.

DE SCHOLIS, TYPOGRAPHIS AC  
Bibliopolis. C A P. I.



CCLLESIAE reformatio à summis pariter & infimis, à capitibus simul & paruulis ordinanda est. Paruuli enim sunt, qui succrescentes in maiorum locum, subinde decedentium in reipub. tam ecclesiasticae quam secularis administratione succedunt, vt consequens sit, ab ipsis prauè ac nequiter institutis reipublicæ perniciem imminere. Quamobrem summopere refert, vt pueritia, quæ seges est omium rerū publicarum, in timore Donini ac bonis disciplinis edoceatur. Id quod Dominus præcepit Exod. xij. & Proverbiorū sexto. Siquidem ea ætas nullis alijs vīsibus accomoda, per id tempus colligere poterit & sibi & reipublicæ luculentum fructū. In primis autem operæ pretium nobis videtur, vt clancularij illi magistelli, qui in conuenticulis vicatim docent, prohibeātur, vtq; gymnasia illa ac scholæ minores, in quibus pueri primis rudimentis imbuūt, diligēter repurgētur, præfeciis illis didascalis seu præceptoribus, non tam eruditis, quam sañæ doctrinæ, integræq; ac inculpatæ vitæ viris: idque hac potissimum tempestate, qua innumeræ pestilentes hæreses totam ferè Germaniam summo cum Christianismi ac reipublicæ detrimento, iusto Dei iudicio peruadunt, ac veluti cancer ferunt: quas quum pueri semel imbiberint, difficile, imò impossibile erit, vt easdem penitus iterum eluant. Nam, Quo semel est inibuta recens, seruabit odorem Testam diu.

Horatius.

Scholæ inter uisitandum repurgandæ ac  
instituendæ. C A P. II.

Vemadmodum v.ero didascali pueros in classēs digerent, quæ deiu ipsiis prælegēt, tam ad eruditionē, quam ad vitam Christianam recte instituendā pertinenria, nos inter visitandū pro ratione cuiuscunq; scholæ trademus.

Apud singulas ecclesias habendus uir eruditus, qui clericos eius ecclesiæ instituat. C A P. III.

Lim conciliari constitutione cautum est, vt non solùm apud quemlibet cathedrali ecclesiā, sed & apud alias nimirum collegiatas, quarum sufficere poterūt facultates, cōstituatur magister idoneus qui clericos carundem

c. i. & c.  
quia non  
nullis. de  
magist.

dem ecclesiarū doceat & instituat. Apud metropolim autem theologum haberi præceptum est, qui sacerdotes ac quoscunque alios in sacris literis doceat, & in his præsertim instituat, quæ ad curam animarum pertinere dinoſcūtur. Visum etiam Concilio fuit, vt singulis magistris vnius præbendæ prouentus tantisper quoad in docēdo perſtiterint, assignetur. Cuius quidem ſaluberrimæ constitutionis vix vestigia quædā apud eiuscmodi ecclesiæ reliqua videmus. Nam vt scholas ipsas reperias, didascalum tamen vix vllum eruditū ac pium repe-teris, quodd nihil penè stipendij (ne dicamus vnius præbendæ prouentus) illi ſuppeditetur, quod emendatione magna indi- get. Neque enim hæc res leuis momenti eſt, à qua totius pro- pemodum reipub. tum ſalus, tum pernicies dependet.

**T**Qui huic uiro uictum ſuppeditetur. CAP. IIII.

**C**Vrandum itaque vt singula Collegia ludos literarios diligenter instituant, eisque de idoneis ludimagiſtris, ac ſumptibus proſpiciant: vbi Collegia non ſunt, ſenatus & reſpublica idem curet.

**T**Quemadmodum Academiæ instaurari ac ſtudia ali poſſint. CAP. V.

**A**Cademias ſeu Vniuerſitates publicas per hanc ha-re- sum colluuiem miſerè perire cernimus, quas instaurari maximè in votis eſt. Id fieri poſſe nobis videtur, ſi mo-dus aliquis inueniatur, quo pauperibus ſcholaſticis ex eccl-eſtiasticis ſtipendijs aliquid poſſit decidi. Clericos enim illos conuenit eccl-eſtiasticis ſtipendijs ſuſtentari, quibus parentum & propinquorum nulla bona ſuffragātur. Quo insuper pro-fessoribus atque hiſ, qui in bonis literis, optimis quibusq; di-ſciplinis, ac in primis Theologiæ ſtudijs multū profeciffent, ſpes p-rēmij fieret: nam ſpes alit artes.

**P**rium uotum ad ſtudia ſubleuanda. CAP. VI.

**E**T quanquam hic articulus à ſummo pontifice potiſſi- Concilio Basiliens. mum pendere videātur, tamen quod in nobis eſt, cupe- remus oinnes ordinarios collatores, præſertim paro-chialiū eccl-eſiarū, huc induci poſſe, vt Academiæ potestatē fa- cerēt, ſignificandi ſubinde ipli viros literatos ad regendū ec- cl-eſias eiuscmodi idoneos, quos ipli collatores quibusq; alijs nō idoneis præferrēt, ac parochijs quū vacarēt, præficere nō diſſerrēt, modò tamē personaliter residere nō detrēctarēt.

**Q**uod si idem apud collegias ecclesias (qui mense ordinario canonicatus & praebendas conferunt) obtineri possit, non dubium id plerisq; ad studia capessenda calcar fore non exiguū.

**T**Decretalem Honorij tertij, quoad eius fieri potest, renouari æquum esse. **C A P . V I I .**

c. sup spe-  
cula. de  
magistr.

**P**Ræterea nō parum huc fecerit, si Honorij tertij decretalis serueretur, nempe vt Canonici ecclesiastri diœcesis nostra Coloniensis dociles ad studia, potissimum theolo-

*euntes ad studia, per Capitula transmittantur, percepturi toto quinquen-*  
*dū nō dñs* *beant in vinea Domini operantes, de quo dictum est partim*  
*fraudari suis* *superius. Ex his enim tandem spes non vana concipi posset, ali-*  
*redditis in* *quando futurū, vt doctorum copia habeatur, quo veluti stel-*  
*reca. si eis* *læ valerent plurimos ad iustitiā erudire, & temporis successu*  
*ecclesiam Dei vniuersalem in vita ac doctrina reformare.*

**T**Quid curandum in Academis. **C A P . V I I I .**

**N**Eque ignoramus multa ac diligent proiunctione opus esse in Academis qua in primis curari necesse erit, vt optimi quicq; libri in singulis professionibus ac disciplinis per doctissimos professores statim diebus ac horis vigilissimè prælegatur, enarreturq;. Deinde, vt scholasticis vivendi regulæ præscribantur, nempe vt bonis disciplinis vaccent, à popis, commissariis, ebrietatibus, alex ludis, dissensionibus ac rixis abstineant, vt prodigi esse desinant, ac quisque se sub modulo metiat, vt fastū omnē ac doctrinæ supercilium depona. **Nec incipient esse magistri priusquam fiat discipuli.** Quot euim sunt, qui magistrorum ac doctorum intignia ambitionant, ac per ambitum extorquent, etiam qui nunquam eam artem quam post magisterium profitentur, vel à lumine salutarunt? quod quam turpe ac indecorum sit, nemo ignorat.

**T**Nihil imprimentum aut uendendum, nisi reuatum prius. **C A P . I X .**

**P**Ræterea quum per abusum artis impressioriæ librorum plurimum malorum emergerit, prohibemus, ne vlli Typographi aut Bibliopolæ quempiam recens æditurem librum aut chartam vel impriment, vel venū exponant, vel vendā; publicè vel occultè, nisi hic liber reuatus, & charta vel scripturam vel picturam continens, per nostros ad hoc deputatos

Hierony.

flata

tos commissarios diligenter perspectasit prius. Quæ & Typographi nomen & cognomen complectantur, atq; eam ciuitatem seu oppidū in quibus excusa sunt, nominatim designent. Quæ verò his caruerint, nullo pacto venū exponantur. Porro Typographi, Bibliopolæ ac reliqui librorum institores ac geruli, qui huic ordinationi cōtrauerint, præter confisctionem librorum, pœnis etiam legalibus ac pragmaticæ constitutioni Augustanæ subiacebunt. Contra quos in territorijs August. nostris Fiscalis noster acerrimè inquire, ac ad iustarum pœnarum declarationem procedere non omittet.

## DE IURISDICTIONE ECCLESIASTICA CONTENTIOSA. CAPVT I.



NT E annos non admodum multos, reformatiōnē iurisdictionis nostræ ecclæsticæ ædificauimus, per quam ita temperata ac moderata omnia speramus, ut nemo de ea iure queri possit.

**T**Excommunicationis origo & præcipuus usus. c. 11.  
**N**e autem quispiam excommunicationis ecclæsticæ originem ignoraret, Primus excommunicationis in ecclesia usus, qualis fuerit, Paulus primus ad Corinthios v. manifeste ostendit, vbi Corinthium publicè cum nouerca fornicantē tradit satanæ in interitu carnis, ut spiritus eius saluus fieret in die domini nostri Iesu Christi. Non tantum exéplo indicans, sed & expressim iubés, ut qui eiuscmodi sunt, è medio ecclæsij ejiciantur: Si is (inquit) qui frater nominatur, inter vos est fornicator, aut avarus, aut idolis seruiens, aut maledictus, aut ebriosus, aut rapax, cum eiuscmodi nec cibum sumere permitto. Quin ante discipulum, ille qui solus vicerè magister est CHRISTVS, eiuscmodi excommunicationis usum Matthxi xviiij. docuit. Quem optamus in ecclæsiā reuocari ac frequentissimum esse. Nempe ut tales publicè ac enormiter peccantes, ut alijs offendiculo sint, & notati tandem resipiāt, extra communionem sacramentorum ac vitæ communis ponantur, donec ad cor & ecclæsia gremium reuersi, suum reatum deplorēt. Diuus sanè Paulus grauissimè Corinthios increpat, quod incestum illum tantisper paterentur: Omnino 1. Corin. 5.

(inquit) auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut vxorem patris sui quis habeat. Et vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit. Non est bona gloriatio v-

**Matth. 18.** stra. Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrupit? Expurgate ergo vetus fermentum, ut sitis noua consperlio, sicut estis azymi. & cetera quae sequuntur. Quod si denuntiationem Euangelicanam (qua nulla res salubrior esse potest, & quae nobis non tantum facienda suadetur, sed præcipitur) frequentaremus, & apostolica præcepta mordicus tene-remus, rariores profecto in coetu nostro haberemus adulteros, raptiores, homicidas, & id genus alios publicè crimino-sos, propter quos blasphematur nomen nostrum inter gentes, & scandalizantur multi inter nos infirmiores.

**T**Cur passim in omnes inobedientes excommunicationis censura distingi cœperit.

CAP. III.

**I.** Reg. 17. **A**mdudum verò cœpit excommunicatio in omnes inobedientes distingi: quod quasi peccatum hariolandi sit, repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere.

**T**Vsum excommunicationis in publicè criminosos in lucem reuocandum. CAP. IIII.

**V**Sum ergo excommunicationis, præsertim aduersus publicè criminosos, in lucem reuocari conuenerit: deinde posthac in alijs causis excommunicatio tantum in manifestè contumaces feratur.

**T**Quid cauendum in decernenda excommunicationis censura. CAP. V.

**C**avebit autem in primis iudex, ne hanc, aliasve censuras ecclesiasticas, vel ex iniustis, vel ex leuibus causis, vel iuris ordine non seruato, vel ex odio fomite proferat vñquam. Quidam enim excommunicatio pena sit, qua nulla maior est in ecclesia: nec sit excommunicandus quis, nisi pro peccato lethali, quod anathema sit æternæ mortis damnatio: nec infligendā veniat, nisi bis qui aliter corrigi non possint, debebit iudex non antè excommunicare quempiam, quam cognoverit id vel causæ grauitatem, vel eius qui extra communionem ponendus est, apertam contumaciam præcepto iusto acquiescere nolentis exigere.

**T**Exc

**T**Excommunicatos uitandos. CAP. VI.

**V**Olunus autem vt hæc centura ab omnibus (iure non tantum humano, sed & diuino idipsum postulante) timeatur: utque excommunicati in familiari conuersatione vitentur, & à nemine recipientur, quemadmodum antiquissima concilia sub grauis reatus incursu idipsum fieri præceperunt.

**T**Non passim contra omnes delatos per Fiscales inquirendum. CAP. VII.

**P**rocuratores nostri Fiscales aduersus neminem inquisti- Cap. cum  
tavit, nisi quem legitima ac freques grauat infamia, non oporteat-  
quidem à maleuolis & maledicis, sed à prouidis & honestis inquisi-  
tione. §.  
iustitiae zelo cōmotis, suborta: quam si non probauerint, tertia du-  
condemnentur ip̄i, non autem inquisiti in expensis. Neque bita. de ac  
enim speciem aliquain æquitatis habet, quod ab innocētibus cusatio.  
absolutis, quippiam expensarum nomine extorqueatur: alio-  
qui calunnia & iniusta diffamatio, n̄iercedem (quod absit) ha-  
beret. Valeant ergo alij maleuoli delatores, depeculatores fa-  
mæ, ac reipub. pestes. Neq; enim ad petitione eorum qui libel-  
lum infamacionis porrigit, in occulto inquirendū est super  
criminibus in eodem descriptis: quum inquisitio fieri tantum  
debeat super illis, de quibus clamores aliqui præcesserint.

**T**Manifesti criminosi pro quæstu nequa-  
quam ferendi. CAP. VIII.

**N**Olimus autem, vt concubinarij, aut alij manifestè cri-  
minosi villo modo quæstu aut pecunia emūgendæ cau-  
fa ferantur, tolerenturq; : aut vt pœnae pecuniariae pro  
criminibus passim imponantur, quod res mali exempli sit, cri-  
men pecunia redimere: sed reformationis nostræ constitutio,  
qua de officio Sigilliferi postrema est, seruetur. Quod si in-  
terdum vel personæ delinquentis, vel delicti qualitas pœnam  
pecuniariam imponi postulauerit, hæc in pios tātum vsus con-  
uertatur, ne magis auaritiae, quam correctionis causa exacta  
videatur.

**T**Clerici grauiſſimorum criminum rei, secundum  
canonicas sanctiones puniēdi. CAP. IX.

**C**Lericis in grauiſſimis criminibus deprehensi, iuxta ca-  
nonicas sanctiones puniantur. Expedit enim, vt publi- 1. Timot. 5  
cè delinquentes & ecclesiam Dei scandalizatēs, publicè

quoq; arguātur,& puniantur . Quamobrem tales vel à nobis deprehensi, vel extra territoria nostra per magistratus capti, ac nobis iuxta sanctiones canonicas traditi, dignam sui sceleris pœnam recipient. Quòd si tam graue fuerit, vt degradatione dignum sit, faciemus ipsos curiæ tradi seculari, ne clericali priuilegio gaudent, quo se per flagitia reddiderunt indignos.

**T** De testamentis insinuandis, approbandis  
ac exequendis. C A P. X.

Ex concil.  
Mogunt.  
s. hered.  
de test.

**I**N Cōcilio Mogūtino sanctum est, vt hæreditibus qui iussa testatorum non adimplenerint, ab Episcopo loci illius omnis res quæ eis relata est interdicatur, cum fructibus & emolumentis, vt vota defunctorum adimpleantur. Quamobrem procuratores nostri Fiscales in dioecesi nostra Colonien. aduigilabunt, vt Testamenta, maximè ecclesiasticarum personarū, priuilegijs ecclesiæ nostre maioris saluis, intra anni spatium exequitioni mandentur: vtq; intra idem tempus executores testatorum legitimū calculum reddant. Quorum etiam testamentorum insinuationē approbationemque intra triginta dies à morte sacerdotis peti volumus atq; obtineri, nisi rationabilis causa longiorem dilationem exposcet in præmissis. Dispiciet autem Sigillifer noster, vt si quid in quempiam stultum aut iure prohibitum usum temerè reliquum sit, in pinni conuertatur.

**T**Bona presbyteri ab intestato defuncti in  
piam caulam conuertenda. C A P. XI.

**V**i sacerdos nostræ dioecesis Colonien. mortuus est intestatus, bona ipsius, præter patrimonialia, quæ hæreditibus cedunt, deducto ære alieno, & funeralibus, in piam causam pro defuncti anime salute conuertantur.

**T**Portio quæ Archiepiscopo soluitur, minime grauis. C A P. XII.

Cap. Offi.  
de testa.

**E**a portio, quæ nobis vti Archiepiscopo secundum rationem bonorum (extra quæ tamen patrimonialia immobilia sunt) deducto ære alieno ex more & speciali conventione cum clero nostro inita debetur, nemini grauis esse potest, quod maior Episcopo secundum canonicas sanctiones portio, quam ea est, quæ ex remissione nostra nobis soluitur, debeatur.

**T**Iura

**T**juramentorum facilis exactio in iudicijs  
refrenanda. C A P. X I I I.

**M**Ultiple illa & facilis inramentorum exactio, quæ in iudicijs ecclesiasticis fit, nobis probari non potest. Christus inter perfectionis hortamenta ponit & illud, ut Matth. 5. in totum abstineamus ab omni iureiurando. Quo colore ergo consuetudo nunc passim iurantium in omni negotio excusari possit, non videmus, nisi aut grauitate negotij, aut necessitate. Crebris iuramentis raro deest perjurium, quod gravissime punit Deus. Quamobrem monemus Caſidicos, ne Deum tam faciles sint in exigendis malitiæ ac alijs iurametis. Compertum enim habemus, quosdam esse tam male Christianos, qui in re tam serial ludant, ac iuramenta interdum exigant, quibus prestitis credere nolint. Ne dicamus quosdam eò veſanias prolabi, ut iureiurandum exigant, quod malint suspicari, praetandovo violatum iri, quam verè reuertereq; adhiberi. Quo laqueo quis perniciosior esse potest? Admonebit igitur Officialis noster Caſidicos, atq; alios iuramenta exigentes, ut quæ iudicarij processus solennitas necessariò non requirit, remittant: vtq; memores sint, eandem manere pœnam temere exigentem, quæ manet fruſtrâ praestantem iuramentum.

**T**Formula inquirendi hæreticos delineanda. C A P. X I I I I.

**Q**UAM hæresum ac schismatum in præsentiarum plena fint omnia, videbimus operæ pretium facturi, si communicato cum Inquisitoribus apostolicis consilio, formulam quandam inquirendi iuri consentaneam, ac tantù negotium decente, minimeq; captiosam, præscribamus. Quamobrem ea de re nostris iurisperitis mandabimus.

## DE VISITATIONE AC SYNODIS

## Episcopilibus Archidiaconalibusq;.

C A P. I.



V V M fruſtrâ fint in cinitate leges, niſi & fint qui eas exequantur: itidem institutiones canonicas inefficaces & languidas esse oporteat, niſi ab Episcopo & reliquis (quibus ea cura demandata est, & quodam modo viua lex sunt, qui &

**M**atth.5. in Euangelio nuncupantur sal terræ) mancipentur effectui. Idecirco visitatione per nostram dioecesim Colonien. opus est, quam Deo authore per nostrum in pontificalibus Vicarium ac ipsi adiunctos viros, iuxta pios ac doctos, quibus plena dabimus in his spiritualibus ac ecclesiasticis rebus ordinandi protestatem, aggrediemur, eodemq; adiuuante Deo peragemus.

**T**Quo ordine uisitatio instituenda. C.A.P. II.

**E**x superioribus verò liquet plus satis, quo ordine visita-  
tio instituenda sit. Siquidem in primis ab ecclesijs no-  
stris metropolitana ac cathedrali inchoandam. Dehinc  
singulæ collegiatæ simul cum monasterijs & virorū & mulie-  
rum inuisendæ. Post hæc ad parochiales ecclesiæ omnes in  
nostris ciuitatibus ac dioecesibus constitutas (vbi maxima cu-  
ra opus erit) træscendum: ibi non solù parochi, sed alij etiam  
(quotquot ibidem commorantur) sacerdotes ac clerici aduo-  
candi. Atque interim non prætermittendæ scholæ & bibliothecæ, vbi illæ reperiéntur: ac postremo hospitalia pauperum  
diligenter perlustranda erunt.

**T**Quæ ubique corrigere oporteat.

C.A.P. III.

**V**æ verò oporteat vbique sciscitari ac innestigare, quæ  
corrigere ac repurgare, quæ statuere ac ordinare, supe-  
riores constitutiones abundè docent.

**T**In primis reformandos esse Decanos.

C.A.P. IIII.

**V**od ad cathedrales & collegiatas ecclesiæ attinet, pri-  
ma cura erit in reformandis ecclesiastum prælatis, ma-  
ximè Decanis. Qui si cœxi fuerint, consequitur ne-  
cessariò, vt hi quibus ducatum præstant, simul in foueam tra-  
hantur accadant. Quod enim ab illis committitur, facile ab  
alijs trahitur in exemplum.

**T**Inquietos & prælatis rebelles corripien-  
dos. C.A.P. V.

**E**t quoniam alicubi tanta est cleri dissolutio, vt prælatis  
quantumvis bonis ac eruditis, neque sius honor neque  
authoritas seruetur, intendent Vistatores nostri ani-  
mum, vt inquieti corripiantur. Qui coripi & obediens nolūt,  
censura ecclesiastica secundum culpæ modum percellantur,  
donec resipuerint.

**T**In

**T**In monasterijs quomodo abusus percipiendi.

C A P . V I .

**I**N monasterijs facile percipientur abusus, modò regulæ ordinis relegendur, interrogeturq; qui illis præsunt, num illis scilicet simul cū nostris cōstitutionib. per omnia satisfiat.

**T**In visitatione parochiarū quid agendū. C A . V I I .

**V**i ad parochias ibitur, debebit parocho ac populo pacis ante diebus aduentus Visitatorū significari, quo tum omnes expediti adint, ac publicæ saluti intendant. Deinde ea sacramēta ac munera quæ per solum Episcopum administrantur, expurgati & præparati recipient.

**T**Habenda concio per Visitatores. C A P . V I I I .

**N**ec videbitur inutile, vt Vicarius noster in pontificalibus, seu alius ex Visitatoribus nostris Theologus, cōcionem ad populum habeat, eundemque de omnibus de quibus vtile videbitur, ex diuinis scripturis per Deiverbum admoneat.

**T**Interrogandus parochus, quo titulo ministerium gerat. C A P . I X .

**I**nterrogandus deinde parochus, num ipse principalis rector sit, aut Vicarius mercenarius, aut ordinaria authoritate admissus, nec ne: ubi Vicarius præest parochiæ, videndum quo priuilegio absit parochus principalis.

**T**De uita, moribus & doctrina inquirēdus. C A . X .

**D**Einde inuestigandum devita, moribus, ac de doctrina, quo pæsto verbum diuinum dissēminet, ac sacramenta ecclesiastica administret: & num omnia calleant quæ ad officium suum spectant. Vbi vero minus fuerit instrutus, erudiatur maximè in his quæ ad dispensationem ecclesiasticorum sacramentorum attinent, præsertim pœnitentia. Subinde inquiratur, num in his detes aut negligens interdum sit: & num illi necessarius & honestus vietus suppetat, seu digna stipendia exoluantur. Nam si competens vietus defecrit, ad eum modum (vti suprà diximus) procurandus erit, aut ad nos referendum.

**T**De habitu, tonsura ac reliquis externis uidentium. C A P . X I .

**V**Idendum deinde de eruditione, habitu, tonsura, ac familiarī conuersatione: honestas familiæ exploranda: libri

libri quoque omnes inspiciēti, qui si nothi aut suspecti erunt, auferendi ac tollendi sunt.

**T** Num hæresis quæpiam serpat, diligenter inuestigandum. C A P . x i i .

**I**Nsuper inuestigandum erit diligentissimè, num in tota parochia ullus hæreticus aut schismaticus delitescat: num hæresis aliqua serpat, atq; hic apponēda securis ad radicem, ut seducti, per verbū Dei in viam veritatis & ecclesiæ vnitatē reducantur. Qui cōtumaces fuerint, è cœtu cæterorū tollantur.

**T** Num agantur alia, quæ cum Dei & ecclesiæ institutis pugnant, dispiciendum. C A P . x i i i .

**P** Rætorea, num in parochia superstitiones, sortilegia, diuinationes, atq; alia id generis, quibus mentes à Deo vi-  
no per diaboli fraudes seducuntur, exerceātur: num per-  
iuria, blasphemiae, adulteria, & similia crimina ob quæ iratus Deus in nos gladiū iræ suæ vibrat, publicè cōmittantur: num ecclesiastice césuī cōtemuantur: num sint qui parocho obe-  
dire floccifaciant, qui sacramenta ecclesiæ non participant: item, num festi dies & ieiunia ecclesiastica ritè obseruentur.

**T** De puerorum institutione, & hospitalium cu-  
ra quærendum. C A P . x i i i i .

**D**EIN videndum quo pacto pueri instituantur, qui præ-  
terea sint scholis præfecti. Hospitalium quoque cura  
haud prætermittenda.

**T** Vitia quibus assueuerint parochiani, acriter cor-  
rigenda ac refrenanda. C A P . x v .

**D**E vitijs quibus parochiani vel maximè assueuerint, in-  
quisitio facienda, ut per Visitatores verbo diuino ab  
his populus auocetur.

**T** De officio parochi inquirendum. C A P . x v i .

**D**Enique expiscandum, num parochus diuinū officium  
in ecclesia canendo, legendoq; ritè gerat: num sacrum  
baptisma, itidem sacrosanctam Eucharistiā cum chris-  
tiate securè ac decenter custodiat: num vestes & reliqua orna-  
menta, quibus in diuinis officijs utimur, mundè asservet: num  
ipse aut qui ecclesiæ prouisores appellantur, templum sartum  
tectum current: num sacris altaribus suus honos impendatur:  
num ruinis domus parochialis occurrat: num de rebus ecclesiæ  
alienationes faciat. Atq; his similia, quæ Visitatoribus no-  
stris

stris pro eorum circumspectione & prudentia facile occurret.  
Et ex constitutionibus nostris (quas ubique pro loci ac perso-  
narum ratione remeniorari debebunt) suppeditabuntur.

**T**Synodus episcopal is anno bis habeda. C A. XVII.

**E**T quoniam Visitations istae generales per singulas pa- NICE. c. 3.  
rochias absque magno sumptu singulis quibusque annis ANTI. c. 20.  
frequentari haud possunt, saluberrime sanctum est in COSTA. c. 3.  
antiquissimis canonibus, bis per singulos annos in singulis CHALCEDO.  
provincijs Concilium fieri: Ut primum, ante dies Quadragesi- c. 19.  
mæ habeatur, videlicet quo omnibus, si quæ sunt, simultatibus lim. de ac-  
amputatis, mundum solenne Deo munus possit offerri. Secun- cusat.  
dum vero agatur ante tempus Autumni, in quo si communi-  
omnium consensuratio nabiliter conprobato, secundum ec-  
clesiasticam regulam, duo vel tres animositate ducti per cōten-  
tionem cōtradicant, obtineat plurimorū sententia fæcerotū.

**T**Quid agendū in synodo episcopal i. C A P. XVIII.

**I**N his ergo Concilijs, anno bis, de his omnibus apud me-  
tropolitanæ, cathedraliū, collegiatarū, monasteriorumque  
prælatos, & præsertim Archidiaconos, ac quos vocamus  
Decanos rurales (qui vocati sunt in partem solitudinis epi-  
scopalis) per Vicarium nostrum in pontificalibus ac Officia-  
lemdi squisitio diligens fiat. Et quæ ex illorū iudicio reforma-  
tione opus habere cōperientur, cōmuni consilio emēdentur.

**T**De synodis Archidiaconalibus ac ruralibus.

C A P. XIX.

**D**Enique Archidiaconi, qui Episcoporum oculi dicun-  
tur, ac Decani isti rurales in finis deinceps synodis, quæ  
sancta fuerint, in provinciali seu episcopal i Concilio  
publicabunt. Et ad eundem modum (qui in Visitatione præ-  
scriptus est) vitijs extirpādis ac virtutibus inferēdis studeant,  
criminibus publicis, magis per pœnitentias canonicas, quam  
pecuniae exactione puniendis intenti.

**T**Officiales Archidiaconorū, & Decanos rurales,  
uiros graues esse oportere. C A P. XX.

**Q**UOD vt rectè ac prudenter fiat, Archidiaconis nostris  
incunabit, ne vlllos inidoneos Officiales aut Decanos  
rurales deligant aut admittant, sed ad has functio-  
nes viros tantum assument, cùm doctrina præstates, tum vita  
innocentis, inculpatæque, qui nullius criminis labore notabiles,  
officinut

Decanq. q. his

officium suum irreprehensibiliter exequantur.

**T**Synodi archidiaconales antiquitatem quan-  
dam præ se ferunt. C.A.P. XXI.

Cap. i. de  
off. arch.  
Huc cano  
nem renar  
rat B. Rhe  
nanus in  
procœmio  
Tertullia

**E**x verutissima quadam inquirendorum criminum for-  
mula relictum est, vt Archidiaconi anno bisextili cir-  
cumcident, & peccata enormia emendent, quæ sequitur in  
hæc verba: In Concilio publico ab Episcopo habitu, primi-  
tus iurare debent de villis singulis fidelissimi quique, liberi &  
serui, tres vel quatuor, seu etiam plures, vt rei veritas omnino  
inquiratur. Iuramentum autem illud huiuscmodi esse debet:  
Quicquid in villa in qua habitat, veraciter sciatis, vel serio au-  
dieritis auctum contra fidem rectam & Christianitatem, Episco-  
pum aut eius nuntium, quantum recordari possit & scientia  
subministrat, non lateat. Post iuramentum vero Episcopus per  
singula numerare debet, quæ prius iuramento comprehendit,  
hoc est: Si vir super vxorem suam, aliquam clanculo corrupit:  
Si cum duabus cognatis, sine mulier cum duobus propinquis  
fornicata sit: Si commatrem spiritualem aut filiolam suam stu-  
pro violauit: Si qua mulier partum suum necauit, vel conce-  
ptum quocunque modo excusit: Si quis cognatum suum vo-  
luntate aut casu occidit, seu morbidum fecit, & necdum ad pu-  
blicam pœnitentiam venit: Si mulier maritum suum, aut ma-  
ritus vxorem suam iniquo consilio interemis: Si quis virum  
aut fœminam veneno, aut aliqua alia potionē occidit, & qui  
hoc scilicet veneno machinatur: Si sciant diuinatrices vel au-  
gures, etiam illos, qui per incredulitatem illas inquirant: Si  
sciant meretrices, quia meretrix appellatur, si uno cōtempso,  
cum alijs fornicatur, licet nupta non sit: Si illos etiam sciant,  
qui cum excommunicatis communionē habent: Si illos sciant,  
qui connicti sunt per iurum perpetrasse: Si & illos nouerint,  
qui loca Deo non dicata, contra fidem ecclesiasticam colunt,  
& ad Christi ecclesias venire cōtemnuunt: Illos etiam, si sciant,  
qui indictum ieiunium negligunt. Hæc omnia dum Episco-  
pus habet recitata, iuratores per iuramentum commoneat, cæ-  
teros vero omnes nobiles & ignobiles, per bannum Christia-  
nitatis constringat, vt supradictas res minimè celent, ac si in  
die iudicij ante tribunal domini nostri Christi rei oc-  
cultatione præfatarum rerum nefandarum inueniantur. Hoc  
enim indicet & per bannum cōtestetur, vt nemo per ullius ti-  
morem